This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

G 1000

Harvard College
Library

FROM THE FUND IN MEMORY OF
Henry Wadsworth Longfellow
BEQUEATHED BY HIS DAUGHTER
Alice M. Longfellow
MDCCCCXXIX

# ANALECTA CRITICA

AD

# PAROEMIOGRAPHOS GRAECOS

SCRIPSIT

OTTO CRVSIVS

ACCEDVNT

EXCERPTA EX DEMONE ΠΕΡΙ ΠΑΡΟΙΜΙΩΝ
GRAMMATICI INCERTI
FRAGMENTVM PAROEMIOGRAPHICVM

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIII

L 1033

OCT 15 1884

. . . ξυνεκποτέ' ἐστί σοι καὶ τὴν τρύγα.

Aristophanes

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

LVDOVICO · LANGE

OTTONI · RIBBECK

SACRVM

# Caput I.

## Conspectus codicum Zenobii.

§ 1. **Athous Milleri** (M) **et Laurentianus Fresenii** (L). Duo viri Gottingenses cum anno h. s. XXXIX. epitomen Zenobianam ederent, non usi sunt nisi codicibus proverbia secundum litteras disposita exhibentibus. Neque quin hic ordo ab ipso Zenobio institutus sit dubitaverunt, quamquam Suida teste in tres libros opus suum ille divisit.[1]) Unde profectus iam H. Weber Philol. suppl. III p. 556 copias Zenobianas a diasceuasta rescriptas et recentiorum more dispositas esse coniecit.

Sed iam aliud fundamentum iactum est huic quaestioni nova quadam Zenobii recensione reperta, quam primus Miller ex amplo illo codice Athoo excerptam publici iuris fecit in Miscellaneis a. 1868 editis p. 341—384.

Continet *Athous*, de quo videnda quae Miller exposuit l. s. s. p. 341 sqq. et apud Fresenium 'de λέξεων Aristoph. exc. Byzant.' p. 46 sqq., primo loco opuscula varia et excerpta glossematis et notis marginalibus instructa, ex quibus notanda Κάτωνος παραινετικὰ μετενεχθέντα . . . παρὰ . . . Μαξίμου

1) Suid. s. v. Ζηνόβιος σοφιστής, παιδεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος, ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν παροιμιῶν Διδύμου καὶ Ταρραίου ἐν βιβλίοις γ', μετάφρασιν ἑλληνιστὶ τῶν ἱστοριῶν Σαλουστίου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἱστορικοῦ καὶ τῶν καλουμένων αὐτοῦ βελῶν, γενεθλιακὸν εἰς Ἀδριανὸν Καίσαρα, καὶ ἄλλα. Fluxerunt haec ex celebri *Philonis Byblii* opere (cf. Daub, de Suidae biograph. p. 36). Quae observatio alicuius erit momenti in difficili illa quaestione quam de Stephani Byzantii proverbiis primus instituit Warnkrossius de paroemiogr. (Gryphisw. 1881) p. 30, cum cura nec sine optimo eventu retractavit Iungblutius quaestion. de paroemiogr. (Hal. Sax. 1882) p. 29—31. Utri faveat peritum non fugiet.

τοῦ Πλανούδου (fol. 27); deinde a fol. 30$^r$ ad 46 sub titulo ⟨Ζηνο⟩βίου[1]) ἐπιτομὴ τῶν Ταρραίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν *quattuor* novae proverbiorum conlectiones se excipiunt, quarum tribus prioribus tabulae' lemmatum praefixae sunt; sequuntur fol. 41—54 excerpta ex Claudii Casilonis[2]), Didymi, Zenodori, Suetonii, Aristophanis Byzantii opusculis grammaticis. Dolendum, quod Athous aetatem non tulit integer. Nam ut primum folium avulsum et dubiam illam in excerptis Aristophaneis (Fresen. p. 49) lacunam omittam, quaternione ut videtur eliso tota fere conlectio tertia (prov. 18—175) et quartae initium intercidit (Fresen. p. 48, Warnkr. p. 3 sq.). Praeterea alterius conlectionis proverbia 1—15 et quartae ut postea videbimus exitus desiderantur; neque unquam in M ea exstitisse, codicis Laurentiani consensus efficit (Fresen. p. 48).

Grave enim illud, quod M accepit damnum aliquatenus resarcire possumus *Laurentiano* LXXX 13, quo conlectiones III et IV fere integrae servatae sunt. Tertiam Athoi conlectionem eandem esse atque nobilem illam, quam Plutarchi nomine inscriptam primus Gronovius in decimo thesauri volumine ex codice Laurentiano edidit, Wyttenbachius et Duebner in Plutarcheis, in paroemiographis Leutschius repetierunt, iam pridem Miller demonstraverat p. 344. Fresenius autem, cum excerpta illa grammatica Milleri retractaret, per Aeneam de Piccolomini Laurentianum iterum inspiciendum curavit invenitque, plane gemellum eum esse Athoi, nisi quod permulta omiserit, servata in angustum coegerit mutilaveritque, scriptorum testimonia constanter fere oppresserit (Fresen. p. 38). Continet autem L secundum Bandinium vol. III p. 202 sq. loco I—X Xenophontea, loco XI p. 146 'excerpta tria ex Polybii historiarum libris de diversitate rerum publicarum', notis margini adiectis instructa; de reliquis ipsum audi Bandinium:

'XII p. 169$^b$ [= M fol. 27] Catonis carmina paraenetica a *Maximo Planude* e Latino in Graecum translata . . .

---

1) Miller p. 340: 'Le B du mot Βίου est même en rouge pour indiquer une maiuscule.' In archetypo igitur, quod saepissime est observare, litterae aliquot exciderunt.

2) Sophista fuit quarti p. Chr. n. saeculi ex luculenta Nauckii coniectura Bullétin ... de St. Pétersb. XIII 1869 (= Mélanges Gr.-Rom. III.) p. 381.

XIII p. 172 [= M III p. 369] sequuntur variae proverbiorum collectiones *tacito collectoris nomine*[1]). Prima inc. Οἶκοι τὰ Μιλήσια . . . [= Pseudoplut. 1]. Des. ὁ ἐν Τεμέσῃ ἥρως . . . [Pseudoplut. II 31]. Sunt proverbia CXXVIII quae *in fine* denominantur Πλουτάρχου παροιμίαι αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο . . .

XIV p. 175 *altera proverbiorum collectio, item tacito collectoris nomine, continet proverbia XXIX, quorum initium est:* οἶδα σίμωνα καὶ σίμων ἐμέ· τελχίνων φύσει βασκάνων ὄντων, κτλ. [= Zenob. Par. V 41, deest in M]. *Des.* ἐπισκώπτοντές τινες ἔλεγον.

XV p. 176 [= M p. 407] quaedam verborum explicationes . . . inc. ἑστία κτλ.

XVI p. 177 [M p. 399] λέξεις Πλάτωνος· inc. ἦ δ'ὅς κτλ.

XVII p. ead. [b] aliae eiusmodi voces . . . quibus titulus quidem praeerat, sed deinde fuit abrasus . . . [deest in M, cf. Fresen. p. 9[4]].

XVIII p. 180 redeunt alia proverbia in tres sectiones divisa cum ipsorum elencho singulis praevio. Prima sectio [= M IV p. 376] proverbia continet circiter LXXX alphabetice disposita et a litteris Α et Β tantummodo incipientia. Inc. Ἅβρωνος βιοῖ βίον, ἐπὶ τῶν πολυτελέσι τραπέζαις χρωμένων κτλ. Des. βατταρίζειν κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς, ὡς τὸ ποππύζειν ἢ ἀπὸ βάτου τοῦ ἰσχνοφώνου [= M p. 383]. Huius tamen primae sectionis elenchum in ultima codicis pagina reperies, cui propterea sequens monitum legas appositum: οὗτος ὁ πίναξ τοῦ πρώτου τμήματος τῶν παροιμιῶν· ἀναποδίσας τοίνυν εἰς ζ' φύλλα εὑρήσεις ταύτας. Secunda sectio [= M I p. 349] p. 183 proverbia continens LXX, inc. Καδμεία νίκη ἐπὶ τῶν βλαβερῶς καὶ ἀσυμφόρως ἑαυτοῖς νικώντων [M I 1] des. εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν οὕτως χαριζομένων. Tertia tandem p. 185[b] [= M II p. 359], proverbia complectens LXXI. Inc. φρουρεῖν, ἢ πλουτεῖν . . . [M II 14]. Des. ὅθεν καὶ τὰς Πριηνέων γυναῖκας ὀμνύναι τὸ παρὰ δρῦν σκότος [M II 108].'

---

1) Reiecisse vides iam Bandinium sinistram Gronovii de Plutarcho auctore coniecturam etiam H. Webero Philol. suppl. III 560 probatam. Plutarchum grammaticum a philosopho seiungendum sibi finxit R. Volkmann 'Plutarchs Leben und Schriften' p. 117, ceteri plerique cum Schneidewino praef. p. XXXVI titulum ut commenticium damnaverunt.

Luculentis his Bandinii excerptis paroemiographorum editores non excitatos esse ad Laurentianum inspiciendum, sane mirandum. Sed magis etiam mirum, quod qui post Fresenium de Zenobio egerunt, ne Bandiniana quidem recte adhibuerunt. Nempe Fresenius, qui de proverbiis non agit nisi in transcursu, *loci XVIII bonam partem totumque locum XIV omisit* p. 8, ubi de Laurentiano secundum Bandinium exponit. Hinc Warnkrossii error, qui in L sicut in M quattuor proverbiorum conlectiones exstare credit (de paroemiogr. p. 4 sqq.) *cum exstent quinque, quarum una in M omnino desideratur.* Nam dubitationes, quas de Bandinii illa nova conlectione Fresenii silentium mihi moverat, exemptae sunt, cum codicem — eodem fere tempore quo inspiciendum eum curaturus eram — Halas transmissum inspexissem atque conlationem perlustrassem ab Henrico Iungblutio confectam et perbenigne utendam mihi concessam. Neque novicia est aut additicia, sed in codicum M L archetypo, immo in ipso fortasse M olim exstitit. Nam *continetur volgatis Zenobii codicibus*, de quibus mox dicendum, in M autem finis quoque antecedentis conlectionis et initium insequentis desiderantur.[1]) Itaque cum in universum Athous ordinem integriorem servasse videatur, quippe in quo excerpta grammatica non temere inculcata sint in proverbia, hunc archetypi proverbiorum ambitum formamque ex M et L restitues:

| M | L | Archet. |
|---|---|---|
| I inc. a Καδμεία νίκη | 4. XVIII 2 | I |
| II inc. a τὸν Κολοφῶνα.. | 5. XVIII 3 | II |
| III inc. ab ἀμουϲότεροϲ Λειβηθρίων; maxima pars (18—fin.) deest. | 1. XIII (Pseudoplut.) | III |
| — lacuna | 2. XIV inc. ab οἶδα Ϲίμωνα καὶ Ϲίμων ἐμέ | IV |
| IV initium deest. | 3. XVIII 1 inc. Ἄβρωνοϲ βιοῖ βίον | V |

1) Nescimus, utrum unus quaternio elisus sit, an plures; praeterea vel quaternionem etiam paucula ista conlectionis IV proverbia in L una pagina comprehensa complecti potuisse, non est cur neges.

Quae de archetypo coniectura certo codicum volgatorum, in primis Bodleiani, testimonio comprobabitur, in quibus proverbia Zenobiana Laurentiani illa excipere solent sub singulis litteris tertiae potissimum conlectionis frustulis adhaerentia: quo de cf. tabulas infra cap. III § 2 compositas.

Haec cum ita sint, in disputatione nostra conlectiones singulae ex eo quo in archetypo se excepisse videantur ordine denotabuntur. Priores igitur conlectiones tres secundum codicem M inscribi, quartam quam dicimus Laurentiani alteram in M omissam, quintam Athoi quartam esse invenies.

Cetera illa ex iis quae M et L continent, non sine idonea causa exscripsimus. Nam partem excerptorum illorum — Catonis sententias Planudeas et glossas Aristophaneas — eadem fere misera forma etiam Parisinus reg. 1630 servavit a Fresenio p. 10 sq., 14 sq. descriptus; proverbia nunc quidem omissa. Itaque *ipsum archetypum codicum M L Paris.*, qui Planudis (circa a. 1325 florentis) libellum continent eadem manu qua excerpta grammatica et proverbia scriptum (Fresen. p. 11, 43) *recentissimum est, multo quam Zenobii Parisinus recentius*: quod cum demonstravisset Fresenius p. 11[1]), reticere non debebat Warnkrossius. Nimirum miscellaneorum a grammatico aliquo ultimae Byzantinorum aetatis conflatorum tenemus reliquias. Atque nescio an deperditus huius classis codex verbis ϲυλλογαὶ ἐκ πολλῶν inscriptus fuerit et ab excerptis Plutarcheis inceperit, sicut Parisinus (Fresen. p. 10). Certe Erasmus sub '*collectaneorum* Plutarchi' nomine proverbia citare solet Athois simillima (Warnkross. p. 4 not. 11). Habes enim

| apud Erasmum | | in M L |
|---|---|---|
| | 1. ex conl. III. | |
| III 7, 49 | Λιμοδωριεῖϲ. 'In proverbiorum collectaneis, quae Plutarchi nomine feruntur, huiusmodi reperio fabulam. Cum aliquando Peloponnesus . . . annonae laboraret inopia' etc. | 61 M (1)34 L |

1) Cf. p. 45: 'archetypum illud et ipsum *infimis Byzantinorum temporibus* tribuerim.'

| apud Erasmum | in ML |
|---|---|
| III 7, 83 ἐπὶ βωμοὺς '... refertur in collectaneis quae Plutarchi titulo feruntur nec explicatur'. | **101 M 70 L** ἐπὶ βωμὸν |
| „ „ 84 Σαμίων λαύρα '. . . in commentariis quae Plutarcho inscribuntur'. | 92 M 61 L |
| *„ „ 85 Ταινάριον κακὸν[1]) | 84 M 54 L |
| „ „ 86 ὁ Λέσβιος πρύλις '. . . Plutarchus in adagionum collectaneis, si modo non fallit titulus'. | 70 M 42 L |
| „ „ 88 τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην '. . . recensetur in Plutarchi collectaneis'. | **148 M 108 L** |
| „ „ 89 δοῦλον οὐκ ἄγω κτλ. | 146 M 107 L |
| „ „ 90 τρίτη κεφαλὴ κτλ. | 137 M 99 L |
| „ „ 91 ἁ Κορινθία ἔοικας χοιροπωλήσειν | 130 M 92 L |
| *„ „ 92 Κυρνία ἄτη | 128 M 90 L |
| „ „ 93 ἁρπαγὰ Κοτυτίοις | 112 M 78 L |
| 2. ex conl. IV. | |
| III 7, 94 τὰ ἐκ παλαιᾶς '. . . Recensetur in Plutarchi collectaneis'. | (2)**4 L** |
| „ „ 96 δανάκη | 5 L |
| „ „ 97 βάγας ἕστηκας | 15 L |
| 3. ex conl. V. | |
| III 7, 98 καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις | (3)**16 L** |
| *„ „ 99 θάλασσαν ἀντλεῖς | 17 L |
| „ 10, 76 (post locum Plutarchi de fort. Alex.) αἶγα τὴν οὐρανίαν ἐπιτέλλουσαν ἐθεάσαντο | (3)26 L<br>„ 27 L |
| „ „ 77 αἶξ εἰς τὴν ἑορτὴν | |
| „ „ 78 τάχ' εἰσόμεσθα μάντεων ὑπέρτερον | p. 381 M L |
| „ „ 79 βάμμα Κυζικηνόν | p. 383 M L |
| „ „ 80 βουκολήσεις | p. 384 M L |
| 4. ex conl. I. | |
| III 10, 81 Ἔμβαρός εἰμι | **8 M 5 L** |
| „ „ 83 ἐμοὶ μελήσει ταῦτα κτλ | 29 M 20 L |
| „ „ 84 ἑορτὴ πολλὰς (sic!) ἔχουσα | 33 M 24 L |

1) Asteriscus adiectus Plutarchi nomen ab Erasmo non adscribi indicat.

| apud Erasmum | in ML |
|---|---|
| III 10, 96 τὸ δέ τοι κλέος ἐccομένοιο | 77 M 60 L |
| „ „ 97 μανία γ' οὐ πᾶcιν ὁμοία | 86 M 67 L |
| IV 1, 6 Τενέδιος ἄνθρωπος | **47 M 37 L** |
| „ „ 8 ἐγκεῶτις (pro ἐν Κέῳ τίς) ἡμέρα | 50 M 40 L |
| „ „ 9 ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων | 64 M 50 L |
| „ „ 10 Πλακιάδαι καὶ cτέλλαιον | 73 M 57 L |
| 1ᵃ. ex conl. III. | |
| IV 1, 39 Εὐρυκλῆς | **163 M 122 L** |
| „ „ 40 εἴτις περὶ πόλιν αἰγὶς (sic!) | 162 M 121 L |
| „ „ 41 κράδης ῥαγείσης | 156 M 116 L |
| * „ 2, 27 οὐχ ἱππολέκτας περισσὰς πλῶμες (sic!) 'in Graecorum commentariis hoc tantum adscriptum invenio ἐπὶ τῶν βραχέα κεκτημένων' (= L) | 118 M 81 L |
| * „ „ 55 οὐ μάλα κυκᾷς | 142 M 104 L ? |
| * „ 3, 21 πρόσω τις χελιδὼν κτλ | 123 M 85 L ? |

Qua tabula percursa et cum priore illa (p. 4) comparata dubitare vix poteris quin Erasmus in codice suo singularum conlectionum proverbia eadem fere qua in ML ratione disposita, ipsas autem conlectiones *inverso Laurentiani ordine* conlocatas invenerit.[1]) Atque si Chiliadum copias supra breviter indicatas accuratius perlustraveris, Athois eas dispares, Laurentianis, de quibus vide Fresen. p. 37 sqq., simillimas esse reperies omissis plerumque scriptorum locis et uberiore omnino doctrina amputata vel adeo oppressa.[2]) Huc etiam illud accedit quod quantum

1) Similia per totum opus sparsa reperies: cf. * II 5, 82 83 = conl. II 61 64 M (?) — quamquam alteram hanc conlectionem in fine ut videtur conlocatam sicut in L omnium minime curasse videtur Erasmus —; II 7, 21 ἄλλο γένος κώπης = conl. .V p. 379 M; item II 5, 22 (unde hausit Schott. ad Zenob. I 67 Schneidewino p. XXXVI imponens) ἀλώπηξ διαφυγοῦσα πάγας-αὖθις (omisit Schott.) οὐχ ἁλίσκεται, quod in volgatis codicibus deest, exstat M p. 378 in quinta conlectione ἀλώπηξ διαφυγοῦσα γοῦσα πάγας αὖθις οὐχ ἀλώσεται (versus ἄμετρος videtur ex P I 67 B 95 conflatus: cf. Nauck Bullétin . . . de St. Pétersbourg XIII [Mélanges III] p. 375).

2) Hoc ipse significat Erasmus in praefatione (p. 2 Ald.) cum dicit: 'Reperiuntur nonnulla proverbiorum Collectanea Plutarchi nomine sed

ego observavi Erasmus ne unum quidem ex proverbiis Athoi quae in L desiderantur collectaneis illis se debere testatur. Itaque *Erasmi codex Laurentiani gemellus* videtur fuisse.

Ordine et specie conlectiones horum codicum (M L Erasm.) a volgatis maxime sunt diversae. Nam *in quattuor prioribus proverbia in litteras digesta non sunt,* sed nullo omnino ordine, ut primo credes obtutu, quasi effunduntur.

Antiquiorem esse hanc condicionem et veriorem volgata et Miller censuit Miscell. p. 342 et exposuit Warnkrossius p. 10, certo autem argumento comprobavit Iungblutius quaestion. de paroemiogr. p. 6 sqq., cum demonstraret, 'proverbia conlectionum Milleri litterarum ordine disposita eodem ordine se excipere atque ea, quae in libris corporis paroemiographorum invenirentur'.[1]) Luculentissimum denique indicium ipsorum codicum volgatorum loci quidam edent infra (§ 2 p. 16) tractandi ubi voculae leguntur quae intellegi non possunt nisi Athoi ordine servato restitutove, velut Zenob. P II 28.

Praeterea Miller suspicatus est, tres priores Athoi conlectiones Zenobii illas esse a Suida notatas. Nec dubitari potest, quin unius operis sint partes: nam — quod recte appellavit Warnkrossius p. 11[2]) — quinque vel sex proverbia

---

*paucula* (quod melius congruit Laurentiani copiis recisis) *eaque ferme nuda.* — Ceterum in ipso illo Parisino codicibus M L simillimo olim proverbia exstitisse crediderim, cum praesertim proverbia Athois Laurentianisque simillima saeculo XVI ineunte Lutetiae Parisiorum fuisse inde conligere liceat, quod H. Stephanus in thesauro v. κράδη (vol. IV Dind.) e 'Zenodoto' (i. e. Zenobio, errore pervolgato cf. Lenz Philol. XXI p. 385) quaedam affert eis quae M III 156 L (Plut.) 116 leguntur fere gemina. Sed nunc quidem disceptare nolo, potueritne Erasmus Parisino uti, cum teste Weschero (apud Fresen. p. 9) ab Antonio Eparcho (de quo consulenda erudita R. Foersteri disputatio Mus. Rhen. XXXVII p. 492 sqq.) Francisco I dono datus sit post chiliades primum editas regnanti.

1) Inspice tabulas Iungbluti p. 7 sqq. Idem facile est observare in quarta conlectione quae Iungblutio dissertationem cum conscriberet nondum nota erat.

2) Frustra adversatur Iungblutius p. 4, nec quae ipse composuit p. 6 sqq. rem comprobant, immo nihil aliud demonstrant, nisi ex codice Athoo simili volgatos originem ducere.

si exceperis in quibus apertus est error[1]), nullum in eis bis legitur, atque quod rem conficit meo iudicio: eidem testes, nobiles illi et minime volgares, passim in ius vocantur — velut Chrysippus I 77 III 3 sq., Aristoteles II 32 III 10 (hist. nat.) II 18 III 14 56 sqq. 151, Dicaearchus II 100 III 32 60 sqq. 152, Clearchus I 6 12 III 94 100 151, Mnaseas II 35 75 III 26[2]), Demo, de quo vide appendicem I —, quin etiam certae quasi descriptionis consulto institutae vestigia fixa perspicuaque comparebunt naturam rationemque harum conlectionum diligentius nobis perscrutantibus (cf. cap. II § 4 5).

Utique ab his segreganda est quinta conlectio (M IV). In genuinis enim partibus usque ad ἀνὴρ δὲ φεύγων κτλ.[3]) proverbia accuratissime disposita invenies ordine litterarum ita, ut binae semper respiciantur, dummodo p. 380 M et sensu et metro suadente ἅμας pro ἅλας ex volgatis codicibus restitueris; testimonia omnino non adscribuntur enarrationibus, uno Homeri loco excepto; ratio disserendi et sermonis color a ceteris toto caelo distat: explicationes semper ipsum proverbium excipiunt, enarrationes brevissimae, παρόσον[4]) vel τοιοῦτος γὰρ formulis usu fere constanti instructae, proverbia similem sententiam inlustrantia sub uno lemmate coacervantur ἐπὶ τούτων καὶ τὸ verbis ad satietatem usque iteratis coniuncta. Discrimen facit, quod ultima haec proverbiorum series licet aliis fontibus aucta ex ipso Zenobio vel ex auctoribus eius[5]) fere tota pendet, ut prope summarii vel indicis Zenobiani instar sit, cf.

1) De prov. III 170—173 M 128 9 L vide Warnkross. p. 11. Fugit eum ἡ δὲ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις I 52 M = III 93 M 62 L (quod priore loco interpolatum est, cf. cap. II § 3) atque δικαιότερος σταχάνης II 103 M (ubi in solam lemmatum tabulam errore intrusum) = II 64 M (ad quem locum referendum est propter ipsum argumentum: cf. app. II).

2) Testium nomina saepe solis codicibus volgatis, in primis Parisino, servantur, qui ubique inspiciantur necesse est.

3) De ceteris infra videbimus cap. II § 2. In Laurentianis idem facile observabis; in uno quod obstat errorem corrigere possumus aliorum codicum ope, cf. cap. III § 3.

4) Errat Warnkrossius p. 8, cum dicit hoc vocabulum 'mirae librarii M consuetudini tribuendum esse pro γάρ': immo particula brevior pro longiore substituta: cf. Fresen. p. 41 et P I 73 B 101 (γὰρ pro παρόσον).

5) Nam hoc in misera paroemiographorum condicione nunc quidem aegre disceptabis.

| ex conl. V | ex Zenobio |
|---|---|
| M p. 376 L 33, Gr. 31 .... Οἰναῖοι τὴν χαράδραν. Παρόcον οἱ τὴν καλουμένην Οἴνην οἰκοῦντες παροχετεύcαντες τὴν ἄνωθεν αὐτῶν φερομένην χαράδραν, τοὺc οἰκείουc κατήρδευcαν παραδείcουc· ὕδατοc δὲ πολλοῦ ἐπιγεγονότοc, πολλὰc τῶν οἰκιῶν ἀπώλεcαν. | M I 81 = P V 29 Οἰνόη τὴν χ.... Οἰνόη γὰρ δῆμόc ἐcτι τῆc Ἀττικῆc· οἱ δὲ οἰκοῦντεc αὐτόθι χαράδραν ὑπὲρ αὐτῶν φερομένην παρέτρεψαν εἰc τὴν ἑαυτῶν χώραν. Πολλὴ δὲ γενομένη ἡ χαράδρα ἐλυμήνατο αὐτῶν τὰ γεώργια καὶ τὰc οἰκίαc κατέβαλεν. |
| M p. 378 L 43 Ἀκαρπότεροc ἀγρίπου. Ἐπὶ τῶν πάνυ πενομένων καὶ μηδὲν κεκτημένων· ... οἱ γὰρ Λάκωνεc τὴν ἀγριέλαιον ἄγριπον καλοῦcιν. | M II 61 Ἀκαρπότερον ἀ. Λάκωνεc τὴν ἀγρίαν ἐλαίαν ἄγριππον καλοῦcιν. |
| M p. 379 L 48b Ἅλιc δρυόc. Ἐπὶ τῶν κακῇ διαίτῃ ταλαιπωρουμένων καὶ χρηcτοτέραc γλιχομένων· παρόcον οἱ τὰc βαλάνουc ἐcθίοντεc κακουχούμενοι τοῦτο ἔλεγον. | M I 16 Ἅλιc δρυόc· ἐπὶ τῶν ἐκ φαυλοτέραc διαίτηc ἐρχομένων ἐπὶ βελτίονα εἴρηται ἡ παροιμία. Ἐπειδὴ τὸ ἀρχαῖον οἱ ἄνθρωποι βαλάνοιc δρυὸc τρεφόμενοι ὑcτέρῳ χρόνῳ εὑρεθεῖcι τοῖc τῆc Δήμητροc καρποῖc ἐχρήcαντο. |

Eandem fere habent rationem M p. 376 οἱ Καρπάθιοι τὸν λαγών ad M I 80 (P IV 48), ib. Ἀνάγυρον κινεῖc ad M I 75, ib. αἱ Οἰδίποδοc ἀραί ad M II 88, ib. Αἰcώπειον αἷμα ad M II 197; M p. 377 Αἰγιεῖc οὔτε τρίτοι κτλ. ad M II 35, Ἀκάνθιοc τέττιξ ad M III 107, ἕβδομοc βοῦc ad M I 71, αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ κτλ. ad M I 15; M p. 378 ἀληθέcτερα τῶν ἐπὶ Cάγρᾳ ad M I 58, ἁλιεὺc πληγεὶc κτλ. ad M III 21, ἄλλοc οὗτοc Ἡρακλῆc ad M I 65, Ἄρηc τύραννοc ad M II 47; M p. 379 ἅλαc ἄγων καθεύδειc ad M I 18, ἀφύα ἐc πῦρ ad M III 140 172; M p. 380 θᾶττον ἢ Βούτηc ad M III 31, Διομήδειοc ἀνάγκη ad M I 57. Similia invenies in Laurentianis, ex quibus 21 = M III 114, 26 = M III 169, 32 = M I 60; quamquam plurima sane (s. ἀγαθῶν..., ἀετὸc..., αἶξ...), de quibus infra videbimus, a Zenobio omnino aliena. Universe autem observabis, exquisitioris doctrinae copias apud Zenobium Athoum reperiri, cum quae accedant aliunde repetita satis saepe recentioris aetatis notas ferant. Neque tamen ex

ipsa recensione Athoa vel ei simili haec hausta sunt, nam haud pauca in locis ceteroqui simillimis saniora invenies quam in M L I—III et codicibus volgatis: cf. praeter leviora illa ἀμουσότερος Λειβηθρίων (Πιερικὸν conl. V, Περσικὸν III, volg.), ἕβδομος βοῦς (... νῆσσαν conl. V, om. I et volg.) p. 377 exemplum gravissimum Οἰναῖοι τὴν χαράδραν p. 376 cum fragmento Demoniano 8 M p. 18 Sieb., in Athoo II 81 decurtato et graviter mutato, cf. Gottingensium not. ad P V 29 atque Udalricum de Wilamowitz Hermae vol. XVII p. 647 sq.

De quinta igitur conlectione ne umbra quidem relinquitur dubitationis. Sed quid quartae illi fiet, quae universa specie non tam diversa est a prioribus? Decurrunt enim lemmata — quibus quo commodius uti possis integra exscribam — hoc ordine:

(A) 1 οἶδα Σίμωνα κτλ. (P V 41), 2 τὸν Βάβυος χορόν (B 245 P IV 81), 3 ὑπερβερεταῖα (P VI 30), 4 τὰ ἐκ παλαιᾶς (B 904 = app. IV 79), 5 δανάκη (Suid. s. v.: ex hac conlect.?), 6 Ἰνοῦς ἄχη (P IV 38), 7 ὁ ἄπληστος πίθος (P II 6), 8 Τὰς ἐν ᾅδου τριακάδας (B 905 D VIII 39), 9 ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Δαιδάλου μῦσος (P IV 6 B 378), 10 νόμος καὶ χώρα (P V 25), 11 οἶκος φίλος κτλ. (B 750 = app. IV 15), 12 συντομώτερος ληκύθου (V III 82 ad P V 95), 13 λούσαις τὸν Πελίαν (P IV 92), 13b ἢ δεῖ φαγεῖν χελώνης κρέα κτλ. (cf. P IV 19), 14 ἧλιξ ἥλικα τέρπει, 14b καθ' αὑτοῦ Βελλεροφόντης (B 528 D V 45), 15 Βάγας ἕστηκας (B 255 = app. I 54: Βῆσας), 16 μερὶς οὐ πνίγει (cf. P V 23), 17 ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους (P II 33), 18 Κοττᾶς Μάξιμος (B 529 D V 46, cf. Macar. V 17).

(B) 19 τὸ ἀρνίον σοι λελάληκεν (B 883 ad D VIII 30), 20 τὸ βασιλικὸν βοΐδιον (B 907 ad D VIII 41), 21 ὁ Φθάς σοι λελάληκεν (Suid. s. Φθάς), 22 ἄφωνος· Ἱππαρχίων (P II 35), 23 Βόκχορις (P II 60), 24 Προμέρου κύνες (D VII 52), 25 Πτολεμαῒς ἡ δίκη (D VII 53), 26 Ἄννας κρίβανος (B 158 = app. I 31), 27 τὸ τοῦ Δίωνος γρῦ (P V 54, Greg. Cypr. cod. K in app. IV 91), 28 Τὰ μηδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον (B 909 = app. IV 82).[1])

1) Quod sequitur L 29 κθ' tamquam novum lemma τραγικὰ (ex Iungbluti lectione; primum videbatur τρωικὰ) παρεισφέροντες nihil continet nisi artificiosam proverbii 28 interpretationem ... ἐπεὶ (Iungbl., ἐπὶ cod.)

Possis sane ambigere; sed ubi attentius rem consideraveris, confido nullam tibi fore religionem quominus ab eo auctore, a quo priores tres conlectiones profectae, hanc alienam esse censeas. Nam *caret omnino*, etiam in volgatis codicibus, *testimoniis et paroemiographorum et poetarum auctorumque rerum gestarum.* Praeterea nonnulla recurrunt, quae forma plerumque meliore etiam in prioribus tribus conlectionibus leguntur: cf. v. c. ad 2 τὸν Βάβυος χορόν M III 30 κακίον Βάβυς αὐλεῖ, ad 12 cυντομώτερος ληκύθου M I 58 cυςτομώτερον cκάφης, 13[b] ἢ δεῖ φαγεῖν χελώνης κρέα κτλ. M II 58 ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν κτλ., 16 μέρις οὐ πνίγει M III 62, 19 τὸ ἀρνίον cοι λελάληκεν M III 38, 28 τὰ μηδὲν πρὸς τὸν Διόνυcον M I 32 Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυcον. Universus denique color sermonis tenorque a prioribus longe diversus. Audis enim hominem *imperatorum Romanorum aetatis* (18 Κοττᾶς Μάξιμος, et Καῖςαρ Ἰούλιος in B 529; 22 Ρουφῖνος) garrulo quodam et novicio dicendi genere utentem: cf. v. c. 1 οἶδα Cίμωνα καὶ Cίμων ἐμέ· Τελχίνων φύςει βαςκάνων ὄντων ... δύο ἐγένοντο ἡγεμόνες Cίμων καὶ Νίκων. Ὑπερίςχυςε δὲ ὁ Cίμων κακοτροπώτατος ὤν, ὥςτε καὶ τὴν ἐπὶ Νίκωνι φήμην ἀπαλεῖψαι. Διόπερ (P V 41) οἱ παροιμιαζόμενοι μόνον τὸν Cίμωνα ὀνομάζουςι...; 22 ἄφωνος Ἱππαρχίων· κατὰ τοὺς προπάτορας ἡμῶν (ita P, ex diasceuastae Byzantini coniectura τῶν Ἑλλήνων L) δύο κιθαρῳδοὶ διάςημοι ἐγένοντο Ἱππαρχίων καὶ Ρουφῖνος. Καὶ δὴ ἀγῶνος ἐνςτάντος πενταετηρικοῦ κτλ.; 27 τὸ τοῦ Δίωνος γρῦ· οὗτος ὁ Δίων ⟨Ἀλεξανδρεὺς μὲν ἦν τὸ γένος⟩ διαβόητος ⟨δὲ⟩ ἐπὶ ⟨φιλο⟩ςοφίᾳ ... Λοιδορούμενος δὲ ὑπό τινος ... καὶ ἀκούων ῥητὰ καὶ ἄρρητα ... αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐφθέγξατο κατεςτυμμένον (Finckh. p. 19, κατεςταλμένον codd.) ⟨αὐτὸν κατὰ⟩ τὸ τῆς φιλοςοφίας παράγγελμα τηρῶν.[1]) Eiusdem aetatis

---

τῷ Διονύςῳ πολέμιόν ἐςτιν ὁ τράγος. Sub uno lemmate 28 29 legisse videtur diasceuasta B 909 τὰ μηδὲν πρὸς Δ.: ἐπὶ τῶν τὰ ἀνοίκειά τιςι προςφερόντων; de re cf. Verg. Georg. II 380, Ovid. fast. I 353, Anth. Pal. IX 75 99 (Bergk PL[4] II p. 274), Suet. Domit. 14, de vir. inl. p. 6 Reiff., Martial. III 24 XIII 39, et simile illud Paus. II 38, 3, ubi pro hirco asinus Dionysiacus.

1) Verba cancellis saepta ex P accesserunt, praeter αὐτὸν κατὰ, quae Wyttenbachii coniecturae debentur.

totus fere sententiarum quasi orbis est superstitionibus fabulisque imbutarum. Religionum, in primis mysticarum magna est auctoritas et verecundia, cf. 7 ὁ ἄπληςτος πίθος ... πάςχουςαι δὲ περὶ αὐτὸν αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαί, 8 τὰς ἐν ᾄδου τριακάδας· ἐπὶ τῶν ... τὰ ἀποκεκρυμμένα γινώςκειν ζητούντων· τιμᾶται ἡ τριακὰς ἐν ᾄδου διὰ τὴν Ἑκάτην μυςτικώτερον· ᾗ καὶ ⟨τὰ⟩ τρία (scr. τρίτα) ἐπιθύεται· ⟨ἐπεὶ καὶ αὐτὴν τὴν Ἑκάτην φαςὶ Τριτογενῆ εἶναι· καὶ γὰρ Αθηνᾶ καὶ Ἄρτεμις καὶ Ἑκάτη αἱ τρεῖς δοκοῦςιν ἓν εἶναι⟩. Τὸ γοῦν μυςτικὸν Ἑκάτη Φερςεφόνεια (B Περς. L) καλεῖται τῶν ὑποχθονίων δεςπότις (B — της L)[1] — quae Orphicorum recentissimorum videntur: Lobeck. Aglaoph. p. 543 sqq. —; similia habes 6 (ubi nota ἄγουςιν ἐπ᾽ αὐτῷ τὰ Ἴςθμια), 15 (Besas?), 21 (28) atque 1 19 20 21 (artes magicae, miracula, vaticinationes). Primum autem (A 1—18) copiose enarrantur mythi (1 sq. 6—9 13 14[b]), fabulae et paradoxa (11 13[b] 15 17), res gestae et instituta moresque Graecorum (12 16), *Macedonum* (3 4), Romanorum (18), variorum populorum (10 νόμος καὶ χώρα).[2]) Deinde (B 19 — fin.) intra *Aegyptiorum* potissimum fines disputatio continetur, nam 19 legimus Αἰγύπτιοι τοῦτο ἀνέγραψαν, 20 ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ νέου Διονύςου, 21 Μεμφῖται τὸν Ἥφαιςτον Φθὰν καλοῦςιν, 22 ἐν Ἡλιουπόλει, 23 ... οὗτος Αἰγύπτιος ὤν, 25 Πτολεμαῖς ἡ δίκη[3]), 26 Ἄνναν Αἰγυπτίαν, 27 (in P) Δίων Ἀλεξανδρεύς. De prov. 24 et 28 vide infra p. 14 adn. 1 2. Verum etiam priora illa ad Aegyptios potissimum inque primis Alexandrinos videntur spectare. Prov. 15 ad Besam deum Antinopoli cultum sagaciter rettulit iam Bernhardyus ad Suid. s. v. (contra

---

1) Ex B arcessivi verba cancellis saepta.

2) Sensu quodam veri ductus Schneidewinus p. XXV (Iungbl. p. 13) excerpta illa ex νομίμοις βαρβαρικοῖς, quibus hoc proverbium enarratur, a Zenobio abiudicavit: cum ceteris huius conlectionis explicationibus (cf. 8 13 all.) optime conveniunt atque repetita videntur ex fontibus antiquis nobilibusque, cf. Sext. Empir. p. 34, 20. 109, 22. 174, 28; 35, 11 Bekk., Cic. Tusc., 108. 229 (= Chrysipp.? Corssen, Mus. Rhen. XXXVI p. 514. 519).

3) Explicatio inepta est; diascenasta Byzantinus pristinam formam eadem fere ratione corrupit, ut in conl. V 23 ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κακὸν ... ἡ γὰρ Λιβύη κακοποιός. De Aegyptiis litigiosis cf. Ammian. Marc. XXII 6. Friedländer 'Darstell. a. d. Sittengesch.' I p. 56.

quem non audiendus Lobeckius Aglaoph. p. 27 not. e); sub prov. 13 in Parisino IV 92 p. 112 ed. Gott. Ptolemaei Philopatoris mentio fit (cf. prov. 20 25); quae prov. 3 4 de Macedonum mensibus et Alexandro Magno narrantur non minus ad Alexandrinos pertinent, qui e Macedonibus plerique orti et fastis Macedonicis utebantur (Usser de anno Maced. p. 9 [cum Seldeno de anno Iud.], Ideler Chronol. I p. 393 397 sqq.) et celebrem de urbis conditore fabulam Romanensen Callisthenis nomine inscriptam finxerunt vel fictam excoluerunt (Müller Pseudocall. praef. p. XX, E. Rhode, 'gr. Roman' p. 184 sqq.).[1]) Denique etiam narrationes fabulosas interdum facili negotio ad res Aegyptias transferes, velut prov. 7 Danaides cum Aegyptiadibus coniunctas.[2])

Quae coniuncta me movent, ut credam, has reliquias esse proverbiorum illorum *Plutarchi* sive veri sive personati, quae sub titulo περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν a quibus παροιμιῶν βιβλία β' (= exc. AB?) fortasse non diversa[3]) apud Byzantinos certe ferebantur teste Pseudo-Lampria catal. 55 p. 9 et 142 p. 13 Treu.[4]) Verum iudicium nostrum omnino non positum est in coniectura: testimonium habemus luculentissimum nimisque adhuc vile habitum: verba dico con-

1) Eadem ratione ad Alexandrinos refertur quod primo obtutu omnino alienum videtur 24 Προμέρου κύνες cum narratione de Euripidis morte: cf. vita Euripidis I p. 17 Ddf., ubi notanda ὅθεν καὶ ἡ παροιμία ἐστὶ παρὰ τοῖς Μακεδόσι, κυνὸς δίκη: quam proverbii formam etiam in conl. IV olim fuisse lemma insequens 25 Πτολεμαῖς [ἡ] δίκη arguit.

2) Quamquam haud pauca quae in priore parte inveniuntur qua ratione ex rebus moribusque Alexandrinorum pendeant demonstrare non possumus. In posteriore parte unum refragatur ultimum illud τὰ μηδὲν πρὸς Διόνυσον. Sed nobiles sunt Alexandrinorum ludi theatrales (Athen. XIV 620) atque Bacchus inter primos apud eos colebatur: unde et regis (cf. prov. 20 τοῦ νέου Διονύσου) et tribus (Διονυσία: Satyrus περὶ δήμων Ἀλεξανδρέων apud Muellerum F H G III p. 165) cognomen. Facile igitur nova proverbii usurpandi ratio fingi poterat, ut in prov. 13.

3) Nisi huc pertinent Boissonadi illa περὶ τῶν ἀδυνάτων (ἀνονήτων Sloth. p. 47 — num ἀνηνύτων? cf. P I 46 V 38 D V III 52) = Arsen. IX 46 (cf. Leutsch. de Arsen. III ind. lect. Gotting. 1859 p. 4).

4) Nam ipsum Seleucum grammaticum Aristarcheum doctissimum cuius item est liber περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν in hac farragine vix agnosces, sed hominem recentiorem copias ab illo inter populares conlectas expilantem et dilatantem.

lectioni III subscripta Πλουτάρχου παροιμίαι αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο. *Succedunt* enim, licet vacua paginae parte intercedente seiuncta, *ipsa haec proverbia 'anonyma'*, de quibus agimus. Iam casu accidisse ut titulus ille ad *Alexandrinos* spectans *Aegyptiacorum* proverbiorum serie fere exciperetur, credere non possum. Immo quam subscriptionem dixerunt conlectionis III, ea *inscriptio fuit quartae;* librarius autem spatium illud vacuum reliquit aut ineptiens neglegentia et oscitatione, cuius plurima praebuit et praeclara exempla, aut nescio quid consilii secutus, suppleturus fortasse, quae omiserat omissave inveniebat vel novum opus nova pagina incohaturus.[1])

Itaque, ut paucis dicam, de libris Athoi archetypo coniunctis effecimus haec. Priores tres, de quibus in capite altero accuratius exponemus, grammatici antiqui doctos continent commentarios, neque dubium, quin coniuncti ei tribuendi sint, cui primus inscriptus est, *Zenobio*, Didymi et Tarrhaei sectatori. Reliquae conlectiones ab eo alienae. Nam quarta *Plutarcho* addicta adscriptaque certe a fabulatore aliquo aetatis imperatorum conflata est; quinta omnium recentissima, minime illa et ipsa spernenda, rhetorum vel *sophistarum* scholam redolet atque forma consilioque a Zenobianis penitus est diversa.

§ 2. **Codices volgati.** Recensione Athoa reperta volgatis Zenobii codicibus nequaquam nos carere posse, quivis videt. Nam ex archetypo antiquiore et pleniore descripti haud paucas praebent lectiones Athois sine dubio praeferendas soliquecum alia multa servaverunt tum quattuordecim illa conlectionis alterius proverbia in M L omissa. De natura et origine horum codicum primus docte inquisivit M. Schmidtius ('Verisimilium capita duo inclutae Viadrinae ... gratulabundus ob-

1) De auctoris nomine in misera corporis scriptorum Plutarcheorum condicione etiamnum scrupuli restant. Sed haud pauca ex iis quae hac conlectione continentur, in aliis Plutarchi libris invenies atque etiam in sermone ab excerptoribus pessime habito locutiones vere Plutarcheae relictae sunt (1 φήμην ἀπαλεῖψαι, 27 κατεστυμμένον ... τὸ τῆς φιλοσοφίας παράγγελμα τηρῶν, sim.). Quae paucis verbis adumbrasse nunc satis habeo mox uberiori disputationi locum datum iri sperans.

fert M. S.', Ienae MDCCCLXI).[1]) Nunc autem ubi Zenobii veterem formam recensione Athoa servatam quasi pro amussi adhibere possumus, peracta fere res est a Warnkrossio et Iungblutio.

Omnes igitur illi codices *ex uno fluxerunt archetypo* Zenobium exhibente secundum litteras dispositum. Neque enim potest cogitari simillimum illum ordinem proverbiorum, quo de cf. Schmidt. p. 2 sqq., Warnkross. p. 17, Iungblut. p. 6 sqq., a diversis hominibus institutum esse vel eadem ratione lemmata mutilata esse et turbata, quo facilius litterarum ordini se accommodarent: ut Zenob. P V 59 B 728 Diog. VII 12 τὸν ἵππον ὁ Σκύθης M III 23 L (Plut.) 20 mutatum in ὁ Σκ. τὸν ἵ., cum proverbium quod antecedit M III 22 = Zenob. P V 58 ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον ab ō inciperet.[2]) Qui archetypon illud adornavit librarius fuit stolidus et indoctus; nam sensum nihil curans eadem fere verba ex diversis fontibus et corruptissima exscripsit et integra (cf. B 177 et 377, Zenob. P II 67 B 217 et P II 86 B 777 et 958: vide infra cap. III § 1) atque quae intellegi non poterant nisi vetere ordine servato in novo religiose servavit (cf. P II 28 Δοῦρις καὶ περὶ αὐτῆς λέγει = M III 89 90 Plut. 58 59, ubi antecedunt Duridea). Quamquam hanc ipsam ob causam fides eius haud parvi aestimanda videtur.

Discedunt autem codices volgati in duas partes. A priore stant codices 552 proverbia continentes ipsius Zenobii nomine inscripti (Ζηνοβίου ἐπιτομὴ ἐκ τῶν Ταρραίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν συντεθεῖσα κατὰ στοιχεῖον) *Parisinus* n. 3070$^b$ s. XII (P), *Harleianus* 5863 (H), deperditus ille editione *Iuntina* (Florentiae 1497) expressus (F); ab altera auctoris nomine carentes

---

1) Nimirum hoc argumentum vix extremis digitis attigerunt editores Gottingenses in explicandis potissimum proverbiis et inlustrandis versati.

2) Fortasse etiam M III 12 πλείους τῶν Καλλικυρίων huc referendum, pro quo in volgatis codicibus (P IV 54 B 542) Καλλικυρίων πλείους invenies; subsequitur enim Κέλμις ἐν σιδήρῳ M III 13: nisi vocem proverbii summam continentem in initio positurus erat diasceuasta, ut saepius. Contra mira inter P V 26 (ξένος ἔλθοι κτλ.) et B 441 (ξ. ξ. cum M II 81) est discrepantia, quae eo fortasse explicatur, quod proverbium illud in archetypo bis legebatur diversisque locis, cf. cap. III § 1.

(verbis παροιμίαι δημώδεις κατὰ cτοιχεῖον vel similiter inscripti) *Bodleianus* chartaceus s. XV (B) sub finem (inde ab 858 Caμίων ἄνθη) mutilus et pleniores qui simillimi eius sunt *Vaticanus* Schotti (V) et *Parisinus* 1773 (A) fere 1000 proverbia exhibentes — nam Gaisfordum huius recensionis exemplar cum primus ederet plenum integrumque non restituisse infra videbimus.

Codices classis prioris (P H F) interpolationibus inquinatos esse iam Schneidewinus monuit praef. p. XXV. Nec dubium quin narrationes fabulosae ex Apollodori bibliotheca depromptae, remotiores illae ab ipsorum proverbiorum explicatione neque usquam in M L comparentes, aliena manu male sint inlatae[1]); atque etiam de proverbio ἀνενδεὴς ὁ θεός, quamquam nullum est Schneidewini argumentum Christiano illud homini vindicantis[2]), tamen ei adsentior, cum in serie proverbiorum diligentissime secundum binas litteras dispositorum (Schmidt. p. 4) intrusum sit inter αγ et αδ et persimilis sit locus Clementis Alexandrini paedag. III init. ἀνενδεὴς δὲ μόνος ὁ θεός. Addo locos quosdam qui magis lexicographi sunt quam paroemiographi, velut IV 70 κύδος· λοιδορία, κακολογία. Καὶ κυδάζειν τὸ λοιδορεῖν καὶ κακολογεῖν. Ἡ δὲ πρώτη cυλλαβὴ βραχέως ἐκφέρεται. Καὶ ὅταν λοιδορίαν ἐκτίcῃ τις ἐπὶ μηδενὶ ἀξίῳ cυκοφαντουμένοις παροιμιωδῶς λέγεται κύδους ἐκτετικέναι

---

1) De Apollodoreis praeter Schneidewinum l. s. s. videnda quae diligenter exposuit C. Robertus 'de Apollodori bibliotheca' p. 30[17], 44—48. Quae IV 92 p. 112 ed. Gott. de Daedalo et Minoe narrantur ex deperdito Apollodori fine petita esse et ipse olim conieci nec fugit Robertum p. 49 extr., quamquam non recepit Hercher. — Ipsum Didymum bibliothecam expilasse post Schneidewini et Roberti curas nimis confidenter contendit R. Foerster 'Raub der Perseph.' p. 54[7].

2) Contendit Schneidewinus 'fraudem coarguere quod lemma excipiat vox παροιμία: unde patere ex lexico aliquo scholiove proverbium interpositum esse'. Quae observatio si vera esset, plurima a paroemiographis nostris abiudicanda essent proverbia, nam eadem habes P I 20 III 58 IV 5 48 91 94 97 V 3 63 VI 20, similia II 56 59 sq. III 15 53 83 89 etc. Sed parum sibi constans nusquam alibi ea usus est Schneidewinus, neque nos ea uti possumus, cum haud pauca ex istis lemmatis in ipsis L M inveniantur (IV 48 = M I 80 IV 91 = M I 19 V 63 = M II 24): unde παροιμία *vox ita adhibita excerptoris esse posse* conligitur.

(= B 561) vel VI 45 χθόνια· λουτρά· τὰ τοῖς νεκροῖς ἐπιφερόμενα. Ἐκομίζετο γὰρ κτλ. sim. V 82 86 VI 31 44 all. At contra excerpta ex νομίμοις βαρβαρικοῖς P V 25, quae ex novicia illa quarta conlectione oriunda sint atque etiam in L inveniantur (IV 10), vix in eundem veniunt censum, neque dubitandum de Menandri illo testimonio P. IV 32 (Schneidew. l. s. s., Iungbl. p. 13), quod falso Schneidewinus Protectori Byzantino tribuit, cum Menandri Ephesii sit vel Maeandrii Alexandrinae aetatis historici.[1]) Atque ut interpolatos locos naviter investigavit Schneidewinus[2]), ita decurtatos quoque et turbatos ab epitomatoribus: cf. praef. p. XXVI, ubi loci ineptissimi congregati, 'cuius stuporis vix liceat ipsum' Zenobium reum postulare.' Verum tamen Zenobii opus 'satis integrum' recensione Parisina — nam hoc nomine codices volgatos prioris classis comprehendere lubet — ad nos pervenisse censebat, atque plurima illa proverbia, quae in recensione Bodleiana — i. e. in alterius classis codicibus B V A — servata non exstabant in P H F, ut a Zenobio aliena ad unum omnia in 'appendicem proverbiorum' (paroemiogr. ed. Gott. vol. I p. 379—467) ablegavit. Suo iure Warnkrossius p. 14 huic rationi est oblocutus ad Zenobii Athoi proverbia provocans ex quibus plus quam quadraginta in sola recensione Bodleiana servata sunt. Quamquam naturam eius et auctoritatem iam Gottingenses cognoscere poterant ex proverbiorum ordine, sermonis colore, fontium et testimoniorum communione; nec quae sententiarum vinculo coniuncta erant velut B 855 σαύτην ἐπαινεῖς· αὕτη κατ' ἔλλειψιν εἴρηται· τὸ δὲ πλῆρες κτλ. (ad Zen. P V 100) et 856 συμβαλούμενος· κατ'

1) Hoc iam Meinekius coniecit in choliamb. fr. (post Babrium Lachmanni) p. 177, illa Caroli Muelleri est sententia F H G IV p. 448 Wilamowitzio apud Warnkr. p. 10 adn. 21 probata. Ne tenuissima quidem manebit dubitatio, ubi accuratius in tertiae conlectionis (III 87 M 56 L) originem inquisiveris, cf. cap. II § 3.

2) Alia fugerunt editores Gottingenses, velut *paraphrases* inutiles interdum enarrationibus infixae. Quas a margine irrepsisse evincunt P I 93: Ἂν ἡ λεοντῆ μὴ ἐξίκηται τὴν ἀλωπεκῆν πρόσαψον· ἂν μὴ φανερῶς δύνῃ βλάψαι πανουργίᾳ χρῆσαι (a) Ἂν μὴ κατὰ ῥώμην τὸ προκείμενον ἐξανύοιτο μηχανῇ καὶ τέχνῃ περαινέσθω τὸ λειπόμενον (b) atque V 10: Μή σύγε μελαμπύγου τύχοις· μή τινος ἀνδρείου καὶ ἰσχυροῦ τύχοις (= Hesych. s. v. μή τευ μ. τ.), ubi M II 85 interpolatione caret.

ἔλλειψιν καὶ αὕτη (= app. IV 77) divellere debebant ita ut commode ne intellegi quidem possent: nam καὶ illud in appendice non habet quo referatur.

Ceteroqui non satis considerate Warnkrossius pretium aestimavit codicum P H F, quos vocat deterrimos et omni fide destitutos censet, et B V A, qui fidi probique ei sunt, in gravem facile errorem inductus, cum Gaisfordi editione carens (cf. dissertat. eius p. 13 adn. 23) editorum Gottingensium adnotatione uteretur haud satis ubique accurata planaque.[1]) Quamquam vel id Bodleiani auctoritatem suspectam ei facere debebat, quod teste Gaisfordo apud Schneidewinum p. XXXII (ed. Oxon. p. III) scriptus est saeculo XV vergente *tribus saeculis post Parisinum:* quo de ne verbo quidem ille monuit.

Codicum P H F acerrimus propugnator exstitit Iungblutius, qui p. 14 sqq. exemplis exscriptis demonstravit, copiae Zenobianae in illis satis amplae quam exiles plerumque factae essent in B et testimoniis omissis[2]) et enarrationibus recisis. Addere lubet duas illas proverbiorum explicationes, quibus ipse Warnkrossius usus est p. 15 nihil mali de codicibus suis B V suspicans, cum ex editorum Gottingensium silentio codicem B eadem fere quae P praebere conclusisset. Vera codicum imago haec est:

| | |
|---|---|
| P IV 69 Κροβύλου ζεῦγος· παροιμία ἐπὶ τοῖς ὑπερβαλούσῃ πονηρίᾳ κεχρημένοις ταττομένη. Μετενήνεκται δὲ | B 560 Κρωβύλου ζεῦγος· ἐπὶ τῶν ὑπερβαλλούσῃ πονηρίᾳ χρωμένων. Κρωβύλος γὰρ ἑταίρας δύο κτησά- |

1) Cf. Iungbl. p. 14 sqq. adn. Quibus si operae pretium videbitur editione Gaisfordi (ad has quaestiones accuratius tractandas pernecessaria) curiose conlata multa addere poteris, velut illa quae ipse exscripsi. Contra temere Warnkrossius p. 17 adn. 31 Leutschium erroris arguit; Gaisfordi editionem si inspexisset Gottingensem bene se habere vidisset. Ita etiam de proverbiis Scorialensibus longe secus iudicavit quam Grauxius quamquam eorum nihil vidit quam paucula illa a Grauxio excerpta: cf. revue de philol. 1882 Nr. 4.

2) Quamquam nonnulla etiam in B V inveniuntur testimonia Zenobiana quae in P desiderentur: nam Asclepiades et Duris citantur B 374 (= M III 153), Aristophanes B 375 (= M III 154), non citantur P IV 1 III 63, Xenagorae nomen servatum est B 537, omissum P IV 50; similia B 596 conl. p. P V 9 (= M III 150) et saepius.

ἀπὸ πορνοβοσκοῦ τινὸς Κροβύλου ἑταίρας κτησαμένου δύο, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ ταύταις πολλοὺς τῶν νέων λυμαίνεσθαι ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ἔκλεπτεν ἐλυμαίνετο. Τοὺς οὖν ἴσους τῇ ἐκείνου πονηρίᾳ ὡς δύνασθαι συζευχθῆναι αὐτῷ Κρ. Ζ. ἔλεγον. Ἢ διὰ τὸ εἶναι δύο τὰς ἑταίρας.

μενος πολλοὺς τῶν νέων δι' αὐτῶν ἐλυμαίνετο. Rell. om.

P IV 54 Καλλικυρίων πλείους· οὕτως ἐν Συρακούσαις ἐκλήθησαν οἱ ἐπεισελθόντες γεωμόροις Καλλικύριοι. Ἔνθεν παροιμιωδῶς ἔλεγον, εἴ ποτε πλῆθος ἤθελον ἐμφῆναι, ὅτι πλ. ἦσαν τῶν Κ. Δοῦλοι δὲ ἦσαν οὗτοι καὶ τοὺς κυρίους ἐξέβαλον. Ἡ δὲ αἰτία τῆς κλήσεως αὐτῶν κτλ.

B 542 Κ. πλ.· Γεωμόρων πλῆθος ἐν Συρακούσαις οἱ Καλλικύριοι (ineptit excerptor)· εἴ ποτε γοῦν πλῆθος ἐμφῆναι ἐβούλοντο τὴν παροιμίαν ταύτην ἔλεγον. Rell. om.

Nec maiore iure Warnkrossius p. 13 omnia fere codicum P H F lemmata 'praeter res absurde inmixtas' in B V reperiri contendit; nam locorum Athoi in B omissorum fere 50 (ex 372) bona pars in P H F est servata, cf. M I 12 = P V 47, M I 40 = P II 21, M I 49 = P II 22, M I 53 = P VI 27, M I 72 = P II 23, M I 88 = P III 40, sim. in M II et III. Alia diasceuasta Bodleianus servavit quidem, verum enarrationes omnino oppressit: quod fere triciens accidit: cf. 73 75[1]) 112 150 162ᵇ 171 192 243 310 319 328 sqq. 354 424 428 454 477 481 485 sq. 495 502 524 535 547 567 580 690 814. Praeterea hanc recensionem ne ab additamentis quidem noviciis liberam esse, iam Schneidewinus monuit p. XXXI XXXII[2]). Nam quae haud infrequentes inveniuntur 'formulae forenses grammaticalesque' (Schneidew. l. s. s.) a paroemiographorum studiis omnino alienae — quarum ne archetypon quidem codicum volgatorum fuit immunis, cum in ipso etiam P

1) Ἀνίπτοις χερσίν· ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν τίθεται κτλ.: ubi cum explicatione etiam lemma quod sequebatur excidit, cf. D I 43 sq. (Gaisford. p. 8). Idem accidit 283 . . . γέλως Χῖος· ἐπὶ τῶν διὰ πλῆθος χρόνου οὐχ ἁμαρτανόντων, quae spectant ad proverbium Γέρων ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ.

2) Quamquam talia etiam archetypo ambarum classium tribuere non dubitavit, siquidem excerpta ex νομίμοις βαρβαρικοῖς in B et P tradita interpolata ei videbantur. Quo de minus recte Iungbl. p. 13.

nonnullas comparere notaverimus —, e lexico quodam repetitae videntur Suidae vel Hesychio simili, unde haud dubie etiam proverbia nonnulla immigraverunt in Zenobiana vel remigraverunt. Cf. 72 ἄχνη πυρόϲ· καπνόϲ. Καὶ ἄχνη ὕπνου. Ὁ δὲ Ἱπποκράτηϲ καὶ ἄχνη λιμοῦ· δηλοῖ δὲ καὶ λεπτὸν ξύϲμα κτλ. (Hesych. Suid.); 432—435 ad res iudiciales spectantia (= P III 84 88, Hesych); 489 ἦ δ' ὅϲ· τίθεται ἡ λέξιϲ <καὶ> ἐπὶ πλήθουϲ καὶ ἐπὶ θηλειῶν κτλ.; 490 ἤτοι· ϲύνδεϲμοϲ ἰϲοδυναμῶν τῷ δέ· ἤτοι ὅγ' ὣϲ εἰπών (Β 76) κτλ.; 553 et 561 (cuius veriorem formam servavit P IV 70), quamquam pertinent saltem ad proverbia; 678 νηφάλια ξύλα· τὰ μὴ ἀμπέλινα μηδὲ ϲύκινα μήτε μύρϲινα κτλ. (= D VI 76, cf. Phot. Hes.); 681 sq. νεάτη· ἐϲχάτη. καὶ ἡ νήτη, χορδὴ ὑπὸ τῶν μουϲικῶν κτλ. (Suid. Hes.); 633 μέδιμνον μέτρον χοινίκων μη' (plenius Suid.) et simile illud 764 παραϲάγγηϲ· μέτρον ὁδοῦ λ' ϲταδίων κτλ. (Hesych. Phot., cf. Naber proll. p. 112);[1]) alia, in quibus minus certa res est, sciens omisi. Adde quod Vaticanus III 87 Schott. in parte illa, quae in Bodleiano desideratur, proverbium habet Christianum Σαοὺλ ἐν προφήταιϲ, et ex Iuliano petitum (ep. 59) Σαρδαναπάλου τρυφηλότεροϲ κτλ., cf. app. prov. IV 67 68. Quibus interpolationibus Parisinus vacat. Ea tamen laude non defraudanda videtur recensio Bodleiana, quod descripta sit ex archetypo fabulis Apollodoreis nondum adulterato. Nam consensus, quem intercedere observabis inter B 378 ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τὸ Δαιδάλου μύϲοϲ, cui simillima praebet Suidas s. v., et Apollod. III 1,3 15,7 (= Zenob. P IV 6), non est accuratior quam qui ubi eaedem res a diversis hominibus narrantur facile oriri possit; atque ut nihil omnino ei tribuam, facit Wilamowitzii de proverbio Βάλλ' εἰϲ Μακαρίαν (P II 61) disputatio (comment. de Euripidis Heracl. Gryphisw. 1882 p. V), qui

1) Nonnulla etiam propter alia indicia, de quibus cf. cap. III § 2, suspicionem habent. Ceterum gravissimam hanc quaestionem commode expedire non poteris, nisi in proverbia a lexicographis servata altius inquisiveris. Certe hoc genus interpolationum iam in archetypo codicum volgatorum haud infrequens fuit, multo haud dubie frequentius quam codice P cum B et D conlato possumus demonstrare. Quamquam etiam peculiaria sibi talia additamenta videntur habuisse recensiones Diogenianea et Bodleiana. Varii omnino in his libris fuerunt interpolationum gradus miraeque vicissitudines.

quaecunque hoc loco in P inter genuina veteris paroemiographi verba etiam in scholl. Plat. servata ex Apollodoro interpolata essent (cf. Robert. l. s. s. p. 46 sq.), in B omissa, cetera ad verbum servata esse demonstravit. Simili ratione B 48 cum M III 169 = L (Plut.) 127 p. 341 S-L et Diogen. I 64 singularem de cornu Amaltheae et Amalthea sententiam Euhemeri more confictam servavit, quam Didymi esse, fr. 14 comment. Pind. p. 220 Schm. evincit (cf. Enn. fr. p. 171 Vahl.), cum in Zenobio Parisino II 48 parvolum tantum eius fragmentum servatum sit longa narratione ex Apollodoro I 1, 6 et II 7, 5 repetita inclusum, cf. Robert. l. s. s. p. 46.[1])

Ex codice Bodleiani simillimo, sed *bibliopegae* culpa turbato descriptam vel, ut Schmidtius putabat, interpolatam esse conlectionem illam codicibus haud paucis Italicis, Hispaniensibus[2]), Anglicis servatam, quae inlustri *Diogeniani* nomine insignis fere 776 proverbia continet (παροιμίαι δημώδεις ἐκ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς), iam Schmidtius comprobavit 'Verisim.' p. 5 sq. quaternionibus transpositis archetypi forma sagaciter restituta[3]), nec latuit Warnkrossium Schmidtii immemorem p. 18, quamquam non tam plane et perspicue rem expedivit quam ille. In hoc Diogeniani nomine tamquam navis in scopulo et Schmidtii Weberi aliorum studia Diogenianea naufragium fecerunt[4]) et Warnkrossii meumque ipsius iudicium suspensum haerebat. Quamquam dubitationem movere debebat, quod Diogeniani περὶ παροιμιῶν librum nemo nominavit aut usur-

1) Hinc repulsam feres, si tibi finxeris, diasceuastam Bodleianum brevitatis nimis studiosum longas illas fabellas omisisse, sicut in Apostolio Parisino 3072 Aeliani et Palaephati loci opprimi solent (Leutsch vol. II p. XIII, 'Gött. gel. Anz.' 1846 p. 1409). Nam vetera et genuina proprio Marte ex interpolationum turba eum eripuisse nemo credet.

2) Hispanienses codices plerique omnes Scorialensi a. 1671 flammis absumpto videntur perisse: cf. Mill. 'catal. . . . de l'Escurial' p. 344 357, ubi in librorum indice a Nicolao de la Torre confecto s. num. 179 et 376 Diogenianea invenies, cf. etiam num. 733 p. 380.

3) Diog. I 1—II 31 duce Bodleiano, cuius ordinem veriorem esse novis argumentis comprobabimus infra cap. III, ita olim se excepisse demonstravit: Aa I 1—23 Bb 50—71 Cc 24—49 Dd II 3—II 30 Ee I 72—II 2 Ff II 31—x.

4) Cf. Schmidt. l. s. s. p. 9 sqq. 10, quaest. Hesych. p. CXXIII, Weber philol. suppl. III (1878) p. 561 sq., Bernhard. proll. Suid. p. LXXV.

pavit praeter Apostolium (Iungblut. p. 20), quem codicem adhibuisse novicium volgatisque simillimum infra videbimus.[1]) Summas igitur gratias debemus Iungblutio, qui p. 20 nullas esse grammatici celeberrimi partes in nostris proverbiorum conlectionibus fonte erroris aperto luculenter demonstravit. Exhibet enim Parisinus 1773 nondum satis diligenter conlatus pretiosam illam de proverbii notione naturaque disputationem a Schneidewino vol. I p. 177 sqq. editam, quae inscribitur verbis Διογενιανοῦ περὶ παροιμιῶν[2]); lineola interposita sub titulo παροιμίαι δημώδεις κατὰ στοιχεῖον proverbia sequuntur Bodleianis simillima alia manu scripta. Tali igitur libro — fortasse ipso Parisino[3]) — usum eum qui codicum Pseudodiogenianeorum archetypon scripserit duos hos titulos in unum illum satis ineptum (cf. Schneidewin. p. XXVIII) contraxisse atque ipsa Diogeniani commentatione omissa nomen grammatici celebrioris falso proverbiis Zenobianis tribuisse[4]), probabiliter Iungblutius coniecit seu potius demonstravit p. 21, facili negotio argutulis rationibus confutatis, quibus viri docti

1) Schottus in Suidam s. v. Διογενειανὸς proverbiorum memoriam intulit pro περὶ ποταμῶν π. παροιμιῶν novans, quam coniecturam Schneidewinus praef. p. XXVII maxime probavit, falso pro librorum scriptura habet Nicolai 'Gr. Lit.' II p. 377. Adversati sunt post Rankium et Welckerum (cf. Schneidew. l. s. s.) Weber l. s. s. p. 560 adn. 144 et qui argumenta eius novo nullo accedente repetiit Daub. Mus. Rhen. XXXV p. 62.

2) Notanda in ea Schneidewini est festinatio, qui particulam eius in 'Not. et Extr.' VIII p. 244 (= cod. Vat. Gr. 305: cf. Foerster Fleckeis. ann. 113, p. 641, Hercher Herm. II p. 150) volgatam esse monuit, sed — quamquam inutiles Angelici lectiones cum cura exscripsit — de scriptura illius omnino tacet. Habet autem Vat. p. 177, 2 οἱ γὰρ, ib. 3 κατὰ τὰς λεωφόρους ἀνέγραφον ὁδούς, p. 178, 2 παρομοίας τινὰς οὔσας (ubi corruptissime Parisinus Schneidewini προσηγορεῦσθαι τὰς παροιμίας . . . παροιμίας τυγχανούσας: bene Schneidewinus: 'fortasse παρομοίας'; sed praestat Vaticani scriptura, cf. Etym. M. p. 228, 35 γέργυρα . . . γεώρυγά τινα ὄντα). Similia in cod. Laur. LIX 30 legi Foerster monuit l. s. s.

3) Gravem hanc quaestionem nostris subsidiis sustinere non possumus. Itaque eam proposuisse nunc quidem satis habeo.

4) Ita Publilii Syri versiculi medio aevo sub [Pseudo-]Senecae nomine ferebantur, cuius sententiae cum Publilianis coniunctae erant. Similes omnino casus perpessae sunt conlectiones Publiliana atque Zenobiana alteriusque condicioni lumen affertur ex alterius.

litterarum traditarum auctoritatem tueri adhuc conati sunt. Neque tamen solo nomine a ceteris recensionibus differt Pseudodiogenianea; habet alia quoque una omnium sibi propria. Singularum enim litterarum proverbia si perlustramus,

| sub | continentur in D | | desunt in M L P B |
|---|---|---|---|
| α | prov. | I 1—III 42 | II 72—III 42 |
| δ | „ | IV 12—IV 39 | IV 38 39 |
| ε | „ | IV 40—93 | IV 85—93 |
| η | „ | V 1—18 | V 17 18 |
| ι | „ | V 26—33 | V 30—33 |
| κ | „ | V 34—100 | V 87—100 |
| λ | „ | VI 1—32 | VI 24—32 |
| μ | „ | VI 33—74 | VI 67—74 |
| ν | „ | VI 75—90 | VI 90 |
| ο | „ | VI 94—VII 41 | VII 31—41 |
| π | „ | VII 42—95 | VII 88—95 |
| c | „ | VIII 5—20 | VIII 16—19 |
| τ | „ | VIII 21—58 | VIII 46—58 |
| υ | „ | VIII 59—64 | VIII 64 |
| ω | „ | VIII 72—76 | VIII 75 76[1]) |

Loquitur ipsa tabula. In fine enim singularum litterarum series quasdam proverbiorum in D accedere vides a ceteris recensionibus (Athoa Parisina Bodleiana) alienas, neque igitur dubium quin *sero demum ab interpolatore adiectae* sint, cum praesertim etiam aliis indiciis in suspicionem vocentur: velut V 93 Αἱ κύνες τὴν δέςποιναν μιμούμεναι legimus sub κ, VI 28 παρὰ Λύδιον ἅρμα sub λ praeter diasceuastae Zenobiani consuetudinem; lemmatum ἀφ' ἱερᾶς III 36 et Κυνόςαργες V 94 formae vere proverbiales leguntur V 41 κινήςω τὸν ἀφ' ἱερᾶς et IV 86 ἐς Κυνόςαργες; VII 91 (= Apost. XIV 26) singulariter dictum εἶπε subiecto non apposito, ut adsolet apud scholiastas lexicographosque scriptorum locos explicantes; V 94 (plenius Apost. X 22) Κυνόςαργες· τόπος ἐν ᾧ οἱ νόθοι ἐξεκρίνοντο. Κύων γάρ τις ἡρπακὼς κρέα, ἐκεῖ ἐκόμιςεν· ὅθεν καὶ

1) Eadem fere eodem loco conlocata invenies in Diogeniani epitome Vindobonensi, nisi quod plurima sunt omissa, accedunt pauca. Quae singillatim persequi non huius est loci.

Κυνόcαρrες (cf. Hesych. Phot. Suid.), quae item lexicon sapiunt[1]). Itaque siquis copias e *lexico* Diogeniani repetitas in intergerivis illis proverbiis latere coniciet, haud equidem refragabor. Nam etiam amplum illud περὶ παροιμιῶν excerptum quod et in huius conlectionis fronte legitur et in Byzantinis quibusdam codicibus miscellaneis (cf. supra p. 21 adn. 2), ex eodem illo thensauro depromptum videtur, siquidem etiam Eugenius Diogeniani ut videtur sectator in lexicon suum recepit similia: cf. Suid. s. v. Εὐγένιος ... παμμιγῆ λέξιν κατὰ cτοιχεῖον (cf. Diogeniani λέξις παντοδαπή)· ἔχει δὲ καὶ τὰ παράδοξα ἢ (pro ϗ = καὶ ?) περὶ τόνον ἢ πνεῦμα ἢ γραφὴν ἢ μῦθον ἢ παροιμίαν ἑπόμενα αὐτῇ[2]): unde fortasse doctrinam Diogenianeam hauserunt recentiores. Ingenue autem fatendum haud multa interpolationibus illis communia esse cum Hesychio, quem etiam in proverbiis componendis Diogeniani vestigia legisse et scriptum est in epistula ad Eulogium data et exposuit Schmidtius quaest. Hesych. p. 119 (cf. Verisim. p. 1 19). Quamquam neque Hesychius integer servatus est, nedum Diogenianus, et inveniuntur utrimque quae satis apte inter se congruant, cf.

| Diogen. | Hesych. |
|---|---|
| II 79 Ἀργεία φορά· ἐπὶ τῶν cυκοφαντῶν· οἱ γὰρ Ἀργεῖοι φιλόδικοι. | Ἀ. φ.· ὡς φιλοδίκους καὶ cυκοφάντας Ἀργείους κωμῳδοῦσιν. Cf. Eustath. ad Il. B 559 p. 286 qui simillima affert e Pausania. |
| II 92 Ἀρᾶς ἱερόν· ἐπὶ τῶν πολλὰ ἀρωμένων κτλ. | Ἀ. ἱ. ἱερὸν Ἀρᾶς Ἀθήνησιν κτλ. |
| II 96 ἄρνα προβάλλει· ἐπὶ τῶν πολεμεῖν αἱρουμένων. Οἱ γὰρ πόλεμον αἱρεῖν βουλόμενοι κήρυκα ἔπεμπον ἄρνα ἐπιφερόμενον κτλ. | ἄ. πρ. (quae explicantur s. v. προβ. πόλεμον ἐπαγγεῖλαι)· νόμος ἦν Ἀθήνησι, μὴ πρότερον cυμβάλλειν πρὶν ἢ τὸν ἄρνα * προcμένων τις λάβῃ τῶν πολεμίων. |
| II 100 ἀσκῷ φλαυρίζεις· οἷον· κενῷ cώματι * * διαμάχῃ· ὡς, | ἀ. φλ.· οὐδενὶ καταπλήττῃ, τῇ σκιᾷ (ἀσκίῳ Schm.) μορμύσσῃ τουτέστιν |

1) Recte iam Leutschius conl. Diog. IV 86 (plenius Apost. VI 65) ἐς Κυνόcαργες ἐς ἀνηλίους πύλας (= εἰς σκότος, εἰς Ἅιδου): 'Cur hoc loco haec vox posita sit, non liquet.'

2) De proverbio et fabula coniunctis etiam in excerpto Diogenianeo disputatur. Fortasse haec lexicorum quasi appendix fuit.

τῷ ἀσκῷ μορμύττεις. Μορμολυκείοις ἐκφοβεῖς τὸν λέοντα.

κενὸς * δὲ νοῦς κενώματι (κενῷ σώματι Schm.) ἢ φλυαρεῖς, cf. Eustath. ad Od. Ζ 79 p. 1552 ἀσκῷ φλαυρίζεις· οἷον κενῷ σώματι φλυαρεῖς. Adde conl. V Miller Mél. p. 383.

---

III 34 (= Apost. IV 36) αὖθις αὖ Πυθῶδε ὁδός· ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ πολλάκις πραττόντων· εἴρηται δὲ ἀπὸ (D ἐπὶ) τῶν ἐπιπυνθανομένων ⟨τὸν θεόν⟩. Apost. add. ἢ εἰς τὰ πρῶτα παλινδρομούντων.

Πυθώδ' ὁδός· παροιμία ἐπὶ τῶν ⟨ἀεὶ⟩ τὰ αὐτὰ πραττόντων. Eadem fere apud Photium, a quo ἀεὶ mutuatus sum.

---

III 36 ἀφ ἱερᾶς· ἀπὸ τῶν πεττευόντων μετῆκται· ἐν γὰρ τῇ πεττείᾳ ἔστι τις κύκλος καλούμενος ἱερός, ὃν κινοῦσιν ὕστατον.

ἀ. ἱ. (lemma singulare) οὕτως ἐλέγετο γραμμὴ ἱερὰ παρὰ τοῖς πεττεύουσιν. Usitata proverbii forma est κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς cf. Fresen. l. s. s. p. 98 sqq., conlectio III 98 M 67 L.

---

III 37 Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος· ἐπὶ ⟨γὰρ⟩ τοῖς ἐρωτικοῖς (D τῶν ἐρωτικῶν) ⟨ἐπιορκούμενοι οἱ θεοὶ οὐκ ὀργίζονται⟩. Verba uncinis inclusa ex Apost. IV 56 accesserunt.

Ἀφροδίσιος ὅρκος· παροιμία, ἣν καὶ ἀναγράφουσιν· Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐ δάκνει κτλ.

---

V 88 (Apost. IX 40) κανθάρου σκιά (ex Ap., D σκιαί)· ἐπὶ τῶν φοβουμένων τὰ μὴ ἄξια φόβου.

κ. σκ.· παροιμία ἐπὶ τῶν φοβουμένων τὰ μὴ ἄξια φόβου.

---

V 90 κατὰ βοὸς εὔχου· οἷον, μέγα εὔχου.

κατὰ βοὸς εὔξασθε· εὔχεσθε κ. β.

---

V 91 κνὶψ ἐκ χώρας κτλ.· forma pleniore VII 25 ὁ κνὶψ ἐν χώρᾳ κτλ. = conl. III 140 M 102 L.

κνίψ· ζῷον πτηνόν κτλ.

---

V 94 Κυνόσαργες· τόπος ἐν ᾧ οἱ νόθοι ἐξεκρίνοντο κτλ., v. supra p. 22.

κ. τόπος ἱερός· ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας — sequitur eadem fere quae in D legitur historiola.

---

V 95 κατὰ ποδὸς βάσιν· ἐπὶ τῶν κατὰ μικρόν τι πραττόντων καὶ μετὰ τέχνης κτλ.

κατὰ πόδα . . . κατὰ τάξιν.

---

VI 29 Λυδίῳ νόμῳ· μαντικῷ· μάντεις γὰρ οἱ Λυδοί.

Λ. ν.· ἀντὶ τοῦ μαντικῷ· οἱ γὰρ Λυδοὶ μάντεις ἐδόκουν εἶναι.

Nam etiam breves hae explicationes a Diogeniano vix sunt alienae, sed solae verbosiores illae, quas Hesychium a Zenobio adsumpisse suo iure suspicatus est Schmidtius. Sed haec in coniectura sunt posita eaque satis lubrica; pro certo autem adfirmare licet, Diogeniani illud opus περὶ παροιμιῶν in somniorum numero esse habendum. Recte iam Fabricius V p. 109 ed. Harl.: 'Diogenianus non videtur singulare opus de proverbiis scripsisse'.

Ceterum Diogenianea haec recensio Schotti, a Pantiniano quodam et Palatino chartaceo recentissimoque[1]) pendens, quam et Gaisfordus et Schneidewinus repetierunt, omnium longe est miserrima. Nihil dico de proverbiis Byzantinis insiticiisque, quae aut cum ceteris communia habet aut sola sibi peculiaria (velut VII 83[a] πῦρ ὑπ' ἀκάνθαις ex θείᾳ γραφῇ teste Gregorio Nazianzeno apud Schottum ad l.; cf. DV I 96 III 13). Sed notanda est incredibilis librariorum oscitantium et petulantium licentia et neglegentia, cum praesertim *exemplaria typis expressa falsam plerumque sanitatis speciem prae se ferant.*[2]) Nam editorum oculos vel plurima illa et gravissima vitia effugerunt quae orta sunt *locis ad marginem adscriptis et falso in verborum con-*

1) Cf. Creuzer 'z. Gesch. d. griech. u. röm. Lit.' p. 318.

2) Obiter corrigo II 53 θητείαν τε τροφὴν (cf. serva aqua Ovid. Am. I 6 26) pro θήλειάν τε τρ., quod sensu cassum est; II 92 ἀχρήστοις ἢ φαύλοις pro χρηστοῖς ἢ φ.; III 22 αὐτῷ ⟨γε τῷ⟩ κλητῆρι γίνεται κακὰ pro ἀ. κρητῆρι γίνῃ κ. (nam audacior est Emperii coniectura vol. II p. 319, Schotti autem et Schneidewini inventa haud satis apte conveniunt cum explicatione); IV 52 sub lemmate ἐν πυρὶ βέβηκας — ἢ ἐπὶ ἀσχέτου pro ἢ ἐ. αἰσχίστου, ignis enim non tam turpitudinis signum erat quam sanctitatis. V 36[b] καλαμαράδικος γάδαρος· ἐπὶ τῶν μεγάλων· τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐκεῖ ὄνοι (= M P 86 vol. II p. 757) in portentoso illo monstro ΚΑΛΑΜΑΡΑΔΙΚΟϹ simplicia ΚΑΙΑΧΑΡΝΙΚΟϹ verba latere suspicor, cf. D I 26 Ἀντρώνιος ὄνος· ἐπὶ τῶν μεγάλων ... Ἀχαρνικοὶ ὄνοι· ἐπὶ τῶν αὐτῶν (cf. Hesych. s. v., Eupolis fr. 182 p. 309 K; Ribbeck Alazon p. 29), quae fortasse a diasceuasta aliquo perperam sunt excerpta; V 86 scribendum Καρικὴ Μοῦσα· ἐπὶ τῶν ἀλλογενῶν [ἤτοι Σκυθῶν] καὶ ἀγραμμάτων (= ἀπαιδεύτων, cf. VI 50), pro γραμμάτων (Pantinius enim cum Γαραμάντων coniceret, vili illo glossemate in errorem raptus est); VI 96 κέραμος ἄνθρωπος corrige pro insano illo κεραμεύς, ex codice Erasmi II 10, 90. Alia emendavit I. H. Slothouber in observationibus ad paroemiographos (Trai. ad. Rhen. 1879), quamquam satis ea pusilla; de aliis cf. Leutschium 'Gött. gel. Anz.' 1846 p. 1403.

*textum receptis.*[1]) Velut I 65 ἵππον εἰς πεδίον adiectum invenitur proverbio ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις, cum multo aptius coniungatur cum 66 Ἀττικὸς εἰς λιμένα; I 70 πολλαῖσι πληγαῖς κτλ. et πολλά κεν εἰδείης κτλ. omnino non conveniunt cum lemmate ἀεί με τοιοῦτοι πολέμιοι διώκοιεν, verum temere adiecta sunt ab interpolatore, cum VII 77 78 proverbio cognato 92 πολλῶν ἐγὼ θρίων ἀκήκοα ψόφους vicina invenirentur ab eodem verbo incipientia[2]); IV 80 ἀπὸ χοέως σπάσον (cf. II 83$^b$: παρόσον οἱ μεθύοντες ἀληθεύουσιν) adscriptum est ad ἐπιχώριοι οὖρον ἴσασι, sed pertinet ad IV 81 ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Simili ratione V 66 λύκος περὶ φρέαρ χορεύει conl. VI 21[3]), VII 65 Μεγαρικὰ δάκρυα conl. VI 34 proverbiis quae sequuntur subiungenda esse apparet; VII 17 οὐδὲν ἐγγὺς ἱππικοῦ δρόμου· ἐπὶ τῶν τρυφᾶν βουλομένων vera interpretatio (M I 28 B 735) oppressa est proverbii antecedentis Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς explicatione (M I 27 P V 37) haud recte conlocata; VIII 46 apud Leutschium corruptissima legimus haec: Τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα· ἐπὶ τῶν προγονικὰ ἀνδραγαθήματα ἀπορίᾳ ἰδίᾳ (ἰδίων?) προφερόντων. Ὁμοίᾳ τῇ, κατὰ σαυτὸν ἔλαυνε. Καὶ, Ἣν ἔλαχες Σπάρταν κόσμει. Παραινεῖ γὰρ μὴ τοῖς ** ὑπὲρ ἀξίαν ἐπιπηδᾶν: quae proverbia ad lemma traditum non referuntur, immo post προφερόντων cum Photio novum illud constituendum Τὴν κατὰ σ. ἔ., ὁμοία καὶ κτλ.: cui cum verba ὁμοία καὶ· Ἣν ἔλαχες Σπ. κ. in margine adscripta essent, totus locus turbatus est. Similia facile observabis II 8 IV 55 (ubi verba αἰπόλει σοι a margine irrepserunt), V 47 (ubi videnda quae Leutschius adnotavit), VI 30 31 50 all. Atque non modo loci similes paroemiographorum, sed etiam interpretamenta (II 11 43 III 73 all.) adiecta reperiuntur lepidaeque explicationes ex hominum Byzantinorum penu de-

1) Hae corruptelae illius sunt generis, quo de exposuit Ritschelius 'Parallelstellen im Plautus als Ursache von Glossemen', Philol. I p. 300 = Op. II p. 274. Cf. etiam Sitzler, Theognidis rell. p. 15, Theogn. 315 425 sq.

2) Sensit aliquid Slothouber observatt. ad paroemiogr. p. 38, sed cum quid rei esset non intellexisset parum distincte secundum proverbium 'aliquid differre' atque 'tertium quoque minus apte collatum esse' scripsit.

3) In hoc quoque loco recte offendit Slothouber p. 59.

promptae: cf. III 24 (easdem ineptias etiam Suidas habet) II 87 (nam verba ἐξαιρέτως χρειῶδες ἐπὶ τῶν κακωτικῶν ἢ εὐνούχων a Suida omissa, licet etiam in Greg. Cypr. L I 22 = cod. K II 1 servata sint, frustra illa a Leutschio defensa, Byzantinae sunt fabricae si quae alia), VIII 41 (ubi verba λέγεται ἐπὶ τῶν πολυτόκων diasceuastae vindicanda). Omnino autem, sicut in Bodleiano, veteres copiae summa licentia et mutatae et sensu nihil curato ut fors ferebat sunt amputatae (cf. VII 83[ab] VIII 11 ubi dissociata et locis et sententiis temere sunt coniuncta), atque adeo suppressae formula aliqua substituta, velut δῆλον τὸ τοιοῦτον I 45 II 43 VI 77, δῆλον τοῦτο I 75 III 28 IV 19 20 49 VIII 16, φανερὸν V 28 VII 2, δήλη ἡ παροιμία I 60 87 II 11 V 29 VII 81 84, vel φανερά I 65, δήλη ἡ λύσις I 79, ἡ δὲ ἱστορία δήλη V 62, ὡς προείρηται V 51 (cf. IV 76? nisi omissa sunt quo spectat), προεγράφη ἡ ἱστορία εἰς τὸν Ἄμυριν V 19 (conl. III 26), φανερόν· ἡ ἱστορία αὕτη κτλ. VII 2.[1]) Quae ad unum omnia diasceuastae Pseudodiogenianei sunt, quamquam locorum illorum nonnullos iam in archetypo huius classis mutilatos esse codicum B V (cf. D I 60 = B 150, D IV 19 sq. = B 329 sq.) consensus efficit. Verum tam Pseudodiogenianus propriis sibi laudibus non caret. Solus enim cum recensione Athoa haud pauca servavit (cf. Warnkross. p. 23), atque plurimis locis unus ex omnibus *proverbia inter se cognata diligenter nec sine acumine sub uno lemmate conlecta* exhibet (cf. Bernhardy. Suid. praef. p. LXXV, H. Weber. Philol. suppl. III p. 560): quae librariis tribuere vix licet, praesertim cum idem studium nonnunquam etiam in Zenobiis Parisino et Bodleiano perspiciatur atque in ipso etiam codice Athoo, quo de accuratius exponemus infra cap. III. Praeterea archetypon codicum Pseudodiogenianeorum volgatis exemplaribus multo videtur melius et plenius fuisse. Nonnullos locos vel Apostolius integriores servavit (Schneidewin. praef. p. XXXVIII), Vindobonensis autem epitome (vol. II p. 1—52) anno 1431 scripta cum ineptis illis additamentis corruptelisque plerumque non est inquinata, tum pretiosissimas quasdam antiquae doctrinae

1) Similibus locutionibus Macarius uti solet aliique Byzantini, quamquam ex recensione Diogenianea non videntur pendere.

reliquias sola servavit, velut I 62 Didymi ut mihi videtur ἀπόφαςιν verbis ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον expressam[1]), I 80 comici ni fallor verba ἀπὸ πέντε ἅλλεςθαι πετρῶν εἰς σκυτάλην[2]), I 83 amplum Clearchi fragmentum, sim. II 15 65 82 84 III 4 29 all. Nam haec Pseudodiogenianeis adiecta esse ex alio fonte hausta vix credibile est.[3])

Sic igitur se res habet. Codicum PHF et BVA—D fons communis liber erat amplissimus *plus mille proverbia continens* maximam partem doctis enarrationibus instructa. Excerptus autem est a duobus hominibus doctis, a quibus familiarum illarum archetypa profecta sunt. Alter (PHF) totam illam farraginem retinere noluit, sed sub finem potissimum haud paucis (fere 400) quae argumentis ei vel explicationibus non commendabantur omissis et lemmatum ordine inde nonnunquam turbato, reliqua eo accuratius exscripsit. Nam praecipue delectatus videtur amplis paroemiographorum antiquiorum enarrationibus fabellisque: quod studium etiam in eo cognosces, quod longos illos locos Apollodoreos de suo adiecit. Alter (BVA—D) explicationes ubique decurtavit vel adeo omisit, sed numerum ordinemque proverbiorum tantum non integrum

1) Cf. Didym. Schmidtii p. 85 212. Etiam M I 85 P IV 50 verbis illis carent.

2) Adnotat Leutschius: 'Obscurum est τὴν (?) σκυτάλην: Suidas ἐς κῦμα in eius locum affert'. Fortasse Suidae forma primaria est (ad rumores spectans quales de rupe Leucadia aliisque multis ferebantur per Graeciam usque ad τὰ Ὑπερβορέων ἔςχατα: cf. Pomp. Mela III 5 'ubi eos' [Hyperboreos] 'vitae satietas . . . cepit hilares redimiti sertis *semet ipsi in pelagus ex certa rupe praecipites dant*': Rohd., 'gr. Rom.' p. 230); Pseudodiogenianea comici poetae videtur ad ridiculum illam argumentum transferentis; nam σκυτάλην ad sollemnia comoediae verbera (translatione non minus audaci usus est Herodas fr. 10 lyrr. II p. 511 Bgk. 4 si vera est lectio) spectare apparet. Facili negotio trimeter restituitur Ἀπὸ πένθ' ἁλέcθαι (ἁλόμενος?) ⟨τῶν⟩ πετρῶν εἰς σκυταλίδας (pro κύματα). Sed quae sunt πέντε illae πέτραι? Certe nihil mutandum; nam simile nomen exstat Athen I 31 Ἀλκμάν που (fr. 117 III p. 70 Bgk[4]) ἄπυρον οἶνον καὶ ἄνθεος ὄσδοντά φηςι τὸν ἐκ Πέντε λόφων, ὅς ἐςτι τόπος Σπάρτης ἀπέχων στάδια ἑπτὰ κτλ. Quid igitur, si πέντε πέτραι eaedem sunt atque Πέντε λόφοι propter vinum nobiles totoque versiculo rixae post convivium ortae, ut in fr. Epicharm. 99 Ahr. lepide significantur? — Comici poetae fortasse etiam III 95, si ψιττακὸς εἶ τις Ἰνδικός recte conieci.

3) Cf. Leutschium 'Gött. gel. Anz.' 1846 p. 1402.

servavit.[1]) Ex codice huius classis servatis pleniore etiam Diogeniani quae dicitur conlectio pendet, cuius fata cum cura persequi nunc non est in animo.

§ 3. **Scorialensis Grauxii** (S) **et Aldina ed. a. M D V.** Subsidiis modo recensitis nuperrime supplementum addidit Carolus Graux, qui anno 1878 in annalibus qui inscribuntur 'revue de philologie' vol. II p. 219—237 ex conlectione nondum edita, ut credebat, codicis Scorialensis plut. C—I—80 (S) plus quam 1200[2]) proverbia continente (fol. 44—114) copiam haud exiguam aut ineditorum aut ab editis plus minusve diversorum publici iuris fecit. Scripta sunt proverbia usque ad fol. 57 v° per totam paginam, deinde *binis* quas dicunt *columnis*. Titulus in operis fronte legitur hic: Cυναγωγὴ τῶν Ταρραίου καὶ Διδύμου καὶ τῶν παρὰ Cούδᾳ (sic!) καὶ ἄλλοις διαφόροις παροιμιῶν cυντεθειcῶν κατὰ cτοιχεῖον. Unde consequitur praeter Suidam qui et ipse Zenobio usus est, epitomen Zenobianam primarium diasceuastae Scorialensis fuisse fontem. Ac facile perspicies, Zenobianos libros ad manum ei fuisse duos, alterum secundum litterarum ordinem dispositum Parisinum vel simillimum illi, alterum prioris classis Laurentiano quam Athoo similiorem: cf. Graux p. 220, Warnkross. p. 6 sq., Iungblut. p. 3 sq.[3]) Sed labore, ut ipse fatetur, nimis fastidioso e codicis S ingenti mole paucula illa bonae frugis seli-

1) Cf. Schmidt. p. 7, Iungbluti tabulas p. 7 sqq. et nostra infra cap. III 3. Quamquam si de proverbiorum ordine recensiones illae inter se non congruunt, hoc saepissime eo factum est, quod proverbia in archetypo bis vel ter scripta diversisque locis aliud ab alio recepta sunt: cf. cap. III.

2) Cf. Iungbl. p. 3 not.

3) Nimis caute Graux nos nescire contendit, fueritne codex ille Laurentiano similis, unde Scorialensis bona pars fluxit, eodem ordine dispositus atque M L; nam mirum esse consensum cum L in rebus vel minutissimis bene demonstravit Warnkr. l. s. s. Quamquam haec non erat causa cur virum celeberrimum gravis erroris argueret. Nunc autem Laurentiano diligenter conlato argumentum nacti sumus certissimum cum proverbia λούcαιc τὸν Πελίαν (explicatione omissa) et ἢ δεῖ φαγεῖν χελώνηc κρέα ἢ μὴ φαγεῖν L IV 13 13$^b$ eadem ratione se excipiant qua S 62, ubi uno coniunguntur lemmate. Quo de mox accuratiora docturum esse spero Iungblutium.

gendi multo commodius fungi poterat Graux. Nam *ipsa illa conlectio ab Aldis anno MDV typis expressa est eaque ex codice haud paucis locis veriorem scripturam praebente.* Quam Aldinae in paucis rarae naturam quod non perspexit, neque ipsi vitio verto neque ceteris qui post eum de hoc codice egerunt. Me quoque fugisset, nisi casu proverbiorum Aldinae inscriptionem memoria tenuissem. Mirum autem, quod neque Gaisfordus, qui de ipsa hac Aldina agit p. VI, virtutem eius cognovit, neque editores Gottingenses eam inspiciendam putaverunt. Nempe plurima in ea servata sunt optimae doctrinae documenta a volgatis Zenobii codicibus aliena, atque gravibus quibusdam vitiis, de quibus olim desperatum erat, medicina prompta parata inveniri poterat in hac editione, velut in loco illò saepissime tentato L (Pseudoplut.) 48 = M III 76, cf. Graux ad S 57 p. 231 = Ald. col. 57.

Continet Aldina, cuius non multa exemplaria ad nostram aetatem pervenerunt[1]), cum fabellas Aesopeas diversaque excerpta et opuscula mythographica ex parte mirum in modum turbata[2]), tum a quaternione κ̄ per quinque quaterniones ad ō 'duernionem' quem Aldi nominant (ultimo folio totius voluminis indices continentem) proverbiorum conlectionem *eisdem quibus Scorialensis verbis inscriptam* CYNΑΓΩΓΗ ΤΩΝ ΤΑΡΡΑΙΟΥ, καὶ διδύμου, καὶ τῶν παρὰ Cούδᾳ, (sic!) καὶ ἄλλοις διαφόροις παροιμιῶν, cυντεθειcῶν κατὰ cτοιχεῖον. Singulae eius paginae — aliter atque ceterorum operum Aldinae — bifariam, ut in Scorialensi, sunt divisae, ita ut tota 172 columnis contineatur. Singulae columnae numeris denotatae versus continent quadragenos senos litterarum fere duodetricenarum. Proverbia accuratissimo litterarum ordine disposita sunt, ut fere semper complures litterae respicerentur.

Aldinam a Iuntina pendere 1497 Florentiae edita, Gaisfordus contendit praef. p. VI neque ei quisquam oblocutus est. Sed operam satis molestam proverbiorum ex variis fontibus conligendorum si aut Aldus subisset aut vir aliquis doctus ei

---

1) Cf. Renouard 'Annales de l'imprimerie des Aldes' p. 80 (ed. III Paris 1834).

2) Diversa opera inter se permixta sunt typothetarum errore; paginae primum numeris carent, paullatim accuratius denotantur.

aequalis, certe nomen suum nos non celasset. Praeterea talia opera compilare omnino non est illius temporis neque illorum hominum, qui ipsos codices antiquos felici manu indagatos operariis committere solebant. Quo plus quam semel effectum est, ut libri manu scripti perirent — velut pretiosi illi e quibus Stephani Byzantii Aldina, Zenobii Iuntina pendent —, exemplaria typis expressa sola servarentur. Universa denique Aldinae forma, compendia varia et frequentia[1]), vitia quibus scatet inepta et aperta fidem faciunt, eam codicis alicuius imaginem fidelissime repraesentare. *Locum ubi consulto mutasse videretur editor inveni nullum.*

Primum igitur quaecunque Graux e Scorialensi excerpsit diligenter cum Aldinae proverbiis contuli. *Omnia omnino eisdem fere vitiis inquinata in ea repperi.* Nam quos per litterarum ordinem frustra quaeres locos Grauxii 55 γυμνότεροc ὑπέρου et 58 ἕβδομοc βοῦc[2]), ei in Aldina, ut in M L, sub lemmatis cognatis ἀκαρπότεροc ἀγρίππου et ἀκάνθινοc τέττιξ col. 17 ad verbum congruentes leguntur; proverbium autem ἀεὶ τὰ πέρυcι βελτίω (16 Graux.) in Aldina minus accurate insertum est proverbiis ab αἰεὶ incipientibus col. 13. Ceterum ipse codex Scorialensis etiam ordine proverbiorum et lemmatum forma ab Aldina vix differt. Nam quin diligentissima illa excerptorum Scorialensium dispositio, qua septem interdum vel octo litterae respiciuntur, Grauxio debeatur, nullus equidem dubito.[3])

---

1) Eaedem voculae (γὰρ δὲ ἐπὶ μετὰ all.) et terminationes (εc, ον, ται, ων, ωc) expressa inveniuntur ratione maxime diversa, etiamsi spatii angustiae non flagitant; item et ἄνθρωποc ubique legimus et sollemni compendio ἄνοc col. 34. Quid quod col. 8 pro lemmate ἄειδε τὰ Τέλληνοc priore loco legimus ἀεί ͻ (i. e. δὲ siglo pervolgari), posteriore ἀεὶ δὲ τὰ Τ., col. 89 adeo εὖδε τὰ Τ., et similia saepissime.

2) Nam aliunde fluxit quod legitur in Aldina sub littera ε incipiente ἕβδομον οὖν βοῦν· ἐπὶ τῶν ἀναιcθήτων τὸν ἕβδομον βοῦν ἡ coφὴ παροιμία. Qui locus *omnino non invenitur in paroemiographis adhuc editis,* sed similis exstat Apostol. XVII 20 h. (Arsen.). Τὸν ἕβδομον βοῦν ἡ coφὴ παροιμία: quo de vid. infra p. 38 sq.

3) Se ipsum prodit Graux 62 ἢ δεῖ φαγεῖν χελώνηc κρέα quod sub η conlocavit, cum in S proverbio in L antecedenti Λούcαιc τὸν πηλίαν adhaerens sub λ inveniretur. Eadem ratione usus videtur prov. 73 p. 234 adn.

Artissima necessitudine coniuncta esse codicem Scorialensem et Aldinae archetypon, menda aperta miraque evincunt eis communia, qualia sunt πάττοιλον S Gr. 17 (v. not.) = Ald. col. 8 pro πάτταλον; ὠθίον pro ὠτίον S Gr. 24 = Ald. col. 76; τὰ ὕπωτεχθέντα S 30 = τὰ ὕπω τεχθέντα Ald. col. 14; δυςαπολίπτοις S 33 = Ald: col. 16; παρειενοςελαίῳ S 80, παρεὶ ἐνοςτελαίῳ Ald. col. 142 pro παρεῖεν, ςτελαίῳ; ἀκοῦςά τινα pro ἀκοῦςαί τινα S 81 = Ald. col. 143; τὸν γέννημα τῶν S 90 = τὸν γεννημάτων Ald. col. 155 pro τῶν γεννημάτων.[1]) Sed quominus alterum ab altero pendere credamus, discrepantiae prohibent vel in tenuibus illis Grauxii excerptis satis frequentes. Nonnunquam utra verior sit lectio aegre disceptabis, v. c. S 1 Cαρδαναπάλλου, Ald. col. 3 cαρδαναπάλου; S 7 καὶ ἄλλωc, Ald. col. 4 ἢ ἄλλωc[2]); S 31 ἐπεκομίcαντο (cum M), Ald. col. 14 μετεκομίcαντο (cum L).[3]) Perraro neque nisi in rebus levissimis Aldina e Scorialensi corrigitur, velut in accentus notis apponendis (S 1 7 31 37, ubi Ald. consentit cum Athoi ἱμάcι), vocibus recte scribendis (ἐζογραφημένων Ald. col. 29, ἐζωγρ. S 44, δι' οἴκτων Ald. col. 2, οἶκτον S 3) terminationum siglis solvendis (ἐπὶ δώματα Ald. col. 14, δώματι S 30, θᾶττον λόγοc Ald. col. 29, λόγου S 44); bis tantum verba quaedam nullius pretii in S servata desiderantur in Aldina: S 52 = Suid. s. v. βάλλ' ἐc κόρακαc (Ald. col. 52 om. vv. καὶ et ἀπὸ ἱcτορίαc ἐν ταῖc παροιμίαιc κειμένηc), S 81 πολλὰ μεταξὺ πέλει κτλ. (versus alterum colon posteriore loco supprimitur Ald. col. 143). Interdum vera scriptura quasi in medio est posita, velut S 39 φαcὶ δὲ, Ald.

---

1) Alii loci, in quibus codicum S et Ald. memorabilis est consensus, hi sunt: S 7 = Ald. col. 4 (nota καὶ Ἀθήναιc), S 10 = Ald. col. 4 (νόμοι), S 20 = Ald. col. 9 (ἄμεινον), S 21 (Ἀζαναῖα), S 23 = Ald. 10 (τοῦτον), S 24 = Ald. 10 (ἢ deest), S 36 = Ald. 19 (οὕτω pro τούτῳ), S 44 = Ald. 29 (οἱ om.), S 63 = Ald. (φορά pro ψώρα), S 66 (οὐ add.), S 88 = Ald. 152 (χᾶναι pro χανεῖν).

2) Fortasse καὶ praeferendum est; nam ἢ illud cum huius conlectionis consuetudine dicendi minus bene convenit atque ex litterae κ (= καὶ) volgata forma ϗ facillime oriri potuit.

3) Miraberis singularem codicum SM et Ald. L consensum qui aut casui tribuendus est aut eo explicandus, quod in archetypo duae lectiones ferebantur.

col. 23 φαὶ καὶ, leg. φ. γὰρ cum M L; S 43 Cυβαρίτας, Ald. col. 29 Cυβαρίται (accentu vērae formae servato), leg. Cυβαρίταις cum M L. Saepissime autem Scorialensi ex Aldina medela repeti potest, immo *omnes fere loci gravius corrupti, a Grauxio coniecturis tentati vel obelo denotati in Aldina forma integra vel certe minus corrupta servati exstant.* A levioribus incipio. Itaque habes

| num. | S | col. | Ald. |
|---|---|---|---|
| 3 | κονουμένων | 2 | κινουμένων cum L V 1 |
| 6 | ἀμέπτων | 3 | ἀμέμπτων |
| 26 | Aἰγύπτου πόειμος | 10 | Aἰ. πότμος, ut L V 25 (in rasura) D II 55 γάμος Grauxio probatum [1]) |
| 31 | θανατώθη | 14 | ἐθανατώθη (= M L) |
| 47 | Ἄννας κρίβανον | 37 | Ἄννας κρίβανος (= L IV 26) |
| 54 | παρεγγυᾷ | 60 | παρεγγυᾷ δὲ |
| 56 | δανάκι | 87 | δανάκη |
| 77 | ὁ Φάς | 139 | ὁ Φθάς (= L IV 21) |
| 83 | ἐκ τινον | 145 | ἔκ τινων (= L IV 24 B V) |
| 93 | ἀκόσμων τι ποιούντων | 166 | ἀκόσμως τι π. (= Suid. s. v. κώμη) [2]) |
| 1 | Cμυοδρίου | 3 | Cμυρδρίνου (= L V 1) leg. Cμινδυρίδου |
| 76 | οὐρανοῦ τοξεύεις | 146 | οὐρανὸν τοξεύεις, leg. εἰς οὐρανὸν τ. cum Zenob. P III 46 |

Maioris momenti sunt loci, ubi *Scorialensis lacunae Aldina supplentur.*

S 4 legimus: ἀγαθῶν πηγὴ . . . ἐπὶ τῶν εὖ ποιούντων τοὺς ἐπιδεεῖς αὐτῶν * * * εὐδαιμόνων ἀνδρῶν. Graux nihil adnotat; sed ultima illa intellegi non possunt. Exciderunt verba quaedam Ald. col. 3 (= L V 6) servata: ἐπὶ . . . αὐτῶν καὶ ἐπὶ τῶν εὐδαιμόνων ἀνδρῶν. Scorialensis scriptor syllabis τῶν sibi vicinis in errorem raptus est.

1) Diogeniani lectio sensu cassa est, cum non Aegypti sint nuptiae, sed filiorum eius. Fortasse corrupta est ex archetypi [πο]ταμος, quod etiam Iungblutius legere sibi visus est in Laurentiani rasura. [Vide nunc Schoellium p. 39 sq.]

2) Ad Diogenianum VIII 60 Graux nos ablegat, qui locus aliter est conformatus. Diasceuasta Scorialensis Suidam expilavit s. v. κώμη ne verbo quidem differentem.

S 21 διὰ τὸ αὐτὴν cκληρὰν καὶ ἄγονον iam Graux p. 224 εἶναι post cκληρὰν inseruit; rectius Ald. col. 9 αὐτὴν εἶναι (compendio sollemni ·ἔ·), ut L V 24.

S 46 Ἀνερίναcτοc εἶ exitus hic fertur aperte corruptus: διόπερ τούτων εἰρῆcθαι τὴν παροιμίαν; Graux διὸ ἐπὶ τούτων coniecit; falso, nam veram lectionem servavit Ald. col. 33 διόπερ ἐπὶ τῶν ἅπερ ἂν λάβωcι μὴ διακρατούντων κτλ. (= Zenob. Par. II 23). Scorialensis τούτων ortum videtur ex ultima vocis διακρατούντων parte.

S 52 Βάλλ' ἐc κόρακαc· τουτέcτι ἄπιθι ἐc ἀπώλειαν καὶ φθόρον· ἀπὸ ἱcτορίαc ἐν ταῖc παροιμίαιc κειμένηc (= Suid.), ἐπὶ τῶν ὀλέθρου ἀξίων, οἷον καταπόντιcον. Sed quid corvis cum mari? Iam vide quid praebeat Ald. col. 52: βάλλ' ἐc κόρακαc κτλ. (exceptis ἀπὸ — κειμένηc)· ἐπὶ τῶν ὀλέθρου ἀξίων; deinde sub novo lemmate βάλλ' εἰc ὕδωρ· ἐπὶ τῶν ὀλέθρου ἀξίων· οἷον κ. (cf. Zenob. P II 72). Itaque librarii S oculi in similibus illis explicationibus ab altera ad alteram aberrantes lemma interpositum praetermiserunt.

S 59 Εἰc κυνὸc πυγὴν ὁρᾶν· ἐπὶ τῶν λημώντων * * * Ἐπέλεγον ὡc καὶ τριῶν ἀλωπέκων. Lacuna indagata Graux p. 232 scripsit ἐπέλεγον καὶ ⟨Ἐc κυνὸc πυγὴν ὁρᾶν⟩ καὶ τρ. ἀ. Aldina col. 75 locum integrum servavit ἐπέλεγον ἐc κυνὸc π. ὁ. κτλ. Scorialensis ὡc ex ἐc corruptum videtur; Grauxii καὶ delendum.

S 60 Ἐνδυμίωνοc ἥδιον καθεύδει· ἐπὶ τῶν * * * Ὕπνοc ἐραcθεὶc κτλ. Lacunam indicavit Graux. Plenius Ald. col. 80 (= L I ια' 11 M I κ' 20) ἐπὶ τῶν ὑπνηλῶν· ἐπεὶ ἔν τινι πόλει τῆc Καρίαc ὕπνοc κτλ. Ut S 4 52, scriptor Scorialensis a voce ὑπνηλῶν ad ὕπνοc aberravit.[1])

Haec cum ita sint, neque Scorialensis pendet ex Aldina, neque Aldina e Scorialensi, verum archetypon eis est commune. *Aldina codicis manu scripti instar est atque Scorialensem fide non modo aequiparat, sed superat etiam.* Scorialensem atque

---

1) Etiam ubi corrupta est Aldinae scriptura, a vera propius abesse solet, quam Scorialensis. Cf. S 1 Cμυοδρίου, Ald. col. 3 (= L) Cμυρδρίνου, S 30 ὑπωτεχθέντα, Ald. col. 14 ὕπω τεχθέντα; S 80 ἐνοcελαίῳ, Ald. col. 142 ἐνο cτελαίῳ. Memorabile denique est, quod pro ἄνοc S 47 Aldina col. 34 ἄνθρωποc praebet (cf. Graux p. 229 extr.).

Aldinam easdem fere copias continere propter singularem excerptorum Grauxii Aldinaeque consensum certum est et extra dubitationem.

Necessarium igitur videtur, in hanc Aldinae conlectionem, quamquam ultimis medii aevi temporibus conflata est, cum cura inquirere. Quam quaestionem multae operae ac laboris et a proposito nostro, copias Zenobii si exceperis, fere alienam leviter tantum attingens, haec potissimum observavi.

Duo illi (vel, Suidam si respicimus, tres) doctrinae Zenobianae rivuli, de quibus supra diximus, raro deficientes per totum opus effunduntur. Codex prioris classis, quem *λ signo denotabimus, Laurentiano in eo quoque similis est, quod testimonia fere semper supprimit, formulas εἴρηται ἀπὸ, ἐπὶ, sim. decurtat vel omittit (cf. col. 112 = M I 19, col. 132 = M I 27), explicationes transponit (cf. col. 81 161 = M I 50 51).[1] Ipsas res solet servare, velut requisitam illam Athoi I 28 (p. 321 sq. M) necdum satis accurate explicatam disputationem de ἱππικῷ δρόμῳ omnibus fere verbis recepit col. 132. Utilia quae possent esse diligenter Graux excerpsit nec restant nisi paucula quaedam nimisque vilia: M I 28 μηδὲν δὲ ποιούντων M, οὐδὲν δὲ π. *λ Ald., ib. τέccαρα καμπὰc M, τεccαρὰc κ. *λ Ald. (= L); I 34 Τεθρανίαν M, Τευθρανίαν rectius *λ Ald., ib. ἥτιc ἐcτὶ τῆc Μυcίαc ἐcχάτη M, ἣ. ἐ. ἐν τῷ Μυcίαc ἐcχάτῳ *λ; II 16 τὰ νομίcματα cυλᾶν verba in M interpolata omittuntur Ald. col. 94; II 43 τὸν ἅλα καὶ τὸ (om. M) κύμινον, rectius quam M, *λ (= L); II 47 ἐπιπολεύcαcαν forma rariore *λ pro Athoi ἐπιπολάcαcαν; II 59 οὐδ᾽ ἴκταρ βάλλει M, βαλεῖ haud inepte *λ. Praeterea aperto errore M I 19 Aldinae cod. *λ μιcήcαcα praebet pro μηνιάcαcα; I 37 ἣν ἅρμα προcαγορεύ-

---

1) Tam mirus ubique *λ codicis cum Laurentiano concentus est consensusque, ut dubitare possis, sitne *Laurentianus ipse* unde codicum S Ald. archetypon pendeat. Quamquam est ubi discrepare videantur, cf. quae adnotavimus de M I 28 34 35 II 16 47 59. Verum haec disceptare non poteris, priusquam Iungbluti de Laurentiano disputatio edita erit. Ceterum ne tum quidem omni pretio careret Aldina, nam adhiberi posset ad dubias saepeque evanidas Laurentiani scripturas explicandas vel confirmandas. [De erroribus Gronovii et Warnkrossii cf. Schoell. p. 51]

ουcιν pro ὃν (sc. τόπον) ἅ. πρ.; III 34 M 29 L (Pseudoplut.) corruptela gliscente ἐραcμίων διδαcκάλων[1]).

Ex codice alterius classis (*π) in S Ald. excerpto non mihi contigit elicere quae alicuius essent pretii. Parisinum vel Parisini simillimum eum fuisse, et mirae ubique corruptelae communes evincunt et loci Apollodorei proverbiis Ἀδμήτου μέλος, Ἀδράςτεια Νέμεςις, Αἰθὴς πέπλος all. adhaerentes.

Ceterum tribus suis fontibus primariis — codd. *λ, *π, Suid. — ita usus est qui Scorialensis et Aldinae archetypon composuit, ut, idem proverbium si praebebant, aut omnes eorum explicationes omnibus verbis reciperet aut prout lubebat unam alteramve eligeret ceteris omissis: ubi difficile est certam quam secutus sit rationem cognoscere. *Nunquam autem diversas recensiones contaminavit*, immo singulas ad verbum religiosissime exscripsit etiamsi eadem continebant eisdem fere verbis dicta. Praeterea etiam ex aliis fontibus quaedam hausit. Quamquam illorum quos recenset Grauxius p. 219 plurimos per unum Suidam codicum S Ald. compilatori innotuisse credo (cf. Warnkr. p. 6), velut Harpocrationem, cuius unum proverbium a Suida omissum ἔργα νεῶν κτλ. (p. 85, 14 Bekk.) *etiam in Aldina desideratur*, cum cetera inveniantur eadem qua apud Suidam epitomae Palatinae recensione conformata: cf. ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυcι Harpocr. p. 36, 15, Ald. col. 45 = Suid.; ἀρχὴν ἰᾶcθαι κτλ. p. 36, 19, Ald. col. 46 = Suid.; ἀφεὶc τὴν ὑπέραν κτλ. p. 42, 11, ἀφέντεc τ. ὑ. Ald. = Suid.; τοὺc ἑτέρουc τραγῳδοὺc ἀγωνιεῖται p. 176, 19, Ald. col. 321 = Suid. Sed haec longum est persequi. Unum addo, quod haud raro magna est huius conlectionis similitudo cum Apostolio; nam etiam novicia illa commenta cum ipsis 'historiis' ex Palaephato repetitis et Suida Γλαῦκοc φαγὼν πόαν κτλ., Γοργόνα Περcεὺc ἐχειρώcατο, (scholl. Aristid. p. 281 Fr.), Ἀντιόπηc θρῆνοc (cf. Hiller. Phil. XXXIV p. 229) Apost. V 49 58 III 1 exstant Ald. col. 61 62 36; mira Apostolii III 64 lectio ἀπήντηcε κακοῦ βολὴ πρὸc ὑπερτάτην ἄτην, qua veteris lyrici ut mihi videtur frag-

1) Ubi speciosa coniectura Schoellius p. 53 διὰ ⟨τὸ⟩ κάλλοc (cf. L) restituit: nisi praestat διὰ κάλλοc ut habes in argumento persimili apud Hesychium s. v. Κορίνθιοc ξένοc . . . ὡc δὲ Ἄτταλοc ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν ἐπὶ τῶν * * * διὰ κάλλοc ὡc ὁ Βελλεροφόντηc.

mentum melius Zenob. P II 8 servatum in versum politicum mutatur[1]), in Aldina invenitur col. 39; totum denique initium et Aldinae et Apostolii plane geminum. Iam Apostolio ipso usum esse conlectionis S Ald. auctorem credere non possum, nam haud pauca illius eaque minime spernenda in S Ald. desiderantur alia meliore leguntur forma (col. 36 = Apost. III 1); neque magis Apostolius usus est conlectione Scorialensi, cum codicum L P nulla apud eum relicta sint vestigia. *Uterque igitur ex eodem fonte hausit nobis ignoto,* cui haud scio an Apostolius bonam partem doctrinae suae debeat.[2]) Verum haec subtilius quaerere et explicare eius erit qui indigestam Apostolii farraginem retractabit et rationem qua composita sit in disceptationem vocabit.

§ 4. **Cetera subsidia. Apparatus Gaisfordi et Gottingensium fides.** Copiis codicum Zenobianorum quantum licuit descriptis aestimatisque restat ut moneam, ne nunc quidem plane inutiles esse compilatores Byzantinos Macarium, Apostolium, Gregorium Cyprium. *Macarius* enim, qui inter recentiores illos excellit exquisita doctrina neque indignus est in cuius fontes opera data inquiratur, haud scio an praeter alios etiam bono codice Zenobiano usus sit; certe nonnunquam veram lectionem (cf. Mac. II 89 = M I 71, quo Nauckii correctura confirmatur), semel (I 9) solus omnium Demonis nomen ser-

1) P habet: Ἀπήντησε κεραυνοῦ βολὴ πρὸς ὑπέρτατον ἄτην, B ἄταν: unde formam Doricam ἄτας revocandam esse apparet. Numeros lyricos subesse praeter Finckhium p. 6 (cf. Leutsch ad D V I 57) quivis sentiet semel monitus; eiusdem generis sermo sunt et sententia. Interpolator, a quo pendet etiam Greg. Cypr. ( . . . βουλή), tritum illud Hesiodi ἡ δὲ κακὴ βουλὴ κτλ. op. et d. 266 in mente habuisse videtur.

2) Hac ratione rata fit Leutschii coniectura vol. II praef. p. XIX[1] proposita, Apostolium sua non tam ipsum omnia proprio Marte ex variis libris contulisse quam ex codice edidisse Scorialensis simili. Quamquam quod addit, similes libros in bibliotheca Taurinensi servari, vereor ne errore nitatur viros doctos saepe deludente; nam in Pasini catalogo ipsis illis quo Leutschius nos ablegat locis *sacrorum* proverbiorum mentionem fieri inveni his versibus: Ὁ μὲν Σολομῶν ᾀσματοψαλμογράφος || ἔφη προειπὼν γραφικαῖς παροιμίαις — nisi apophthegmatum conlectiones ille significavit. Simili ratione Nicolai hist. litt. Gr. II p. 509 *Diodorum Monazonta,* cuius ἑρμηνεῖαι εἰς τὴν παλαιὰν πᾶσαν . . . εἰς τὰς παροιμίας (sc. Solomonis) commemorantur apud Suidam s. v., *inter paroemiographos recensuit,* quin etiam Lagardii librum de proverbiis p. 507 eodem rettulit!

vavit fortasse, ut statim hoc praecipiam, ex pleniore Zenobii recensione repetitum. Quamquam quintam potissimum conlectionem et expilasse videtur et accurata lemmatum dispositione aemulatus esse, cui quam arto necessitudinis vinculo coniunctus sit facile intellegitur ex hoc indice:

| Macar. | conl. V | Macar. | conl. V |
|---|---|---|---|
| I 2 | 1 L | I 44 | 24 L |
| 4 | 2 | 48 | 25 |
| 7 | 5 | 49 | 28 |
| 8 | 6 | 54 | 31 |
| 12 | 7 | 55 | 32 |
| (13) | (6) | 57 | 33 |
| 20 | 8 | 59 | 35 L p. 376 M |
| 23 | 10 | 60 | 36 " " " |
| 24 | 11 | 68 | 41 L p. 377 M |
| 27 | 13 | 69 | 42 " " " |
| 30 | 19 | 71 | 43 L p. 378 M |
| 31 | 20 | 84 | 45 " " " |
| 34 | 21 | 85 | 48 " " " |
| 37 | 22 | 88 | 49 L p. 379 M |
| *39 | 14 } | 94 | 53 " " " |
| *40 | 15 } | 95 | 54 L p. 380 M |
| 42 | 23 | | |

Itaque *quae proverbia Macarius cum quinta conlectione communia habet eodem quo in illa ordine decurrunt.* Alia eodem spectantia per totum opus disiecta invenies. Nec quartae conlectionis vestigia desunt, minus illa quidem expressa: est enim Macar. III 16 = conl. IV 7; I 61 = 8; III 92 = 9; VI 11 = 10; IV 48 = 14 (explicatione ut in L omissa); IV 85 = 14$^{b}$; V 83 = 16; V 17 = 18 (ad verbum congruens); VII 43 = 24. Ut haud inepte ipsum nostrum corpus paroemiographorum Athoi Macario ad manus fuisse conicias; nisi copias illas ab alio iam coniunctas et dispositas transcripsit.

Alterum tenet locum *Apostolius.* Nam cum aliis subsidiis usus est, tum volgato codice Diogeniani nomine inscripto, qui servatis nonnunquam videtur plenior fuisse (cf. supra p. 29 et Schneidew. praef. p. XXVIII); sed eisdem vitiis et quod maximi

est momenti eisdem illis quibus Schotti liber interpolationibus ineptis deformabatur — cf. Apost. VII 80 = Diog. IV 80, Ap. IX 48 = D V 95, VIII 20 = D VII 17, XIV 39 = D I 70[1]) — nec dispositione diversus erat, si quidem quamquam accuratiorem fere disponendi rationem sequitur Apostolius tamen proverbia saepe eodem se excipiunt ordine quo apud Diogenianum, atque uno loco Apost. VIII 56 p. 446 = D V 18 ἡμεῖς δέκα Ῥόδιοι δέκα νῆες . . . τοῦτο δὲ εἶπεν ἡ Δημήτηρ πρὸς Τριπτόλεμον (!) lemmatis antecedentis ἣν μὴ καθάρῃς κἀλέσῃς D V 17 ultima pars falso transposita est errore pervolgato[2]).

Haud magni pretii *Gregorii Cyprii* videtur farrago tota ex nostris conlectionibus corrasa[3]), cum praesertim pessimis recensionibus tradita sit et decurtatis et interpolatis[4]). Quamquam diversis illis exemplaribus (Pantin. Leid. Mosq. Vat.), quibus accedet Krameri (K) Vaticanus 482[5]), cum cura inter se comparatis, pristinae formae restituendae periculum facere operae pretium erit[6]): unde fortasse etiam ad volgatorum co-

---

1) Apost. XIV 39 πολλά κεν εἰδείης κτλ. priore loco prave explicat ἐπὶ τῶν καταφρονούντων τινῶν a loco turbato D I 70, de quo supra vidimus, temere exorsus; addit veram interpretationem iam VII 78 prolatam. Ceterum Apostolii codicem Barrocciani 219 similem fuisse conicere possis praesertim propter ὦ Ἡράκλεις τί μαίνῃ XVIII 57 f. (Arsen.), quod Coxio teste eisdem verbis (aliter Suidas) in illo legitur.

2) De his corruptelis cf. Heimsoeth. ind. Bonn 1867/68 p. XVII sq. (Ap. XV 28), Hiller Philol. XXXIV p. 226.

3) Mira interdum vitiorum ineptissimorum est communio cum codd. M L: cf. Greg. Mosqu. I 40 Λάκων, ut M p. 379, pro Λεύκων (P).

4) Cf. Warnkross. p. 16 adn. 27 et p. 42 adn. 82. Certum videtur locos e scholiis Platonis excerptos, qui in L fini singularum 'litterarum' vel similibus lemmatis (cf. G. C. L I 10 11: ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἐπιδέχεται οὐδὲ φιλία [= G. C. M et P I 19 = Zenob. P II 45]; ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει = Scholl. Plat. p. 370 B.) adhaeserunt, additicios esse, quippe quibus ceterae recensiones careant. De eis autem quae Pantinianis accedunt in M L K ex paroemiographorum penu petita magis mihi probatur Wilamowitzii sententia pro genuinis ea habentis quam Warnkrossii, qui ea a Gregorio abiudicat. Cf. etiam de Leutsch. 'Gött. gel. Anz.' 1846 p. 1404.

5) Notandae praeter ordinem singulares corruptelae codici K cum solo Gregorio communes, velut ἄττον pro ἀεὶ ὂν G. C. L I 37. Mirum quod ad Diogen. eum rettulerunt Gottingenses p. XXXIV. Verum vidit Warnkr. p. 16[27].

6) Chartae non parcens diversas recensiones ad verbum fere congruentes integras typis exprimendas curavit Leutschius vol. II p. 53–134, ita ut

dicum archetypon recuperandum auxilia repeti poterunt. Nam in transitu mihi has quaestiones attingenti Gregorius codice usus esse visus est volgatis simillimo atque eisdem et vitiis et interpolationibus inquinato[1]; alia quorum auctoritas dubia cum solo Macario habet communia, velut sub $\bar{\alpha}$ in fine I 85—90 (P) = Macar. II 34 35 46 63, sub $\bar{\gamma}$ 2—7 = Mac. II 98 III 1 6 9 8 12 eodem fere ordine decurrentia.

Praeterea etiam in *Suidae* lexicon[2]) copiae receptae sunt ex Zenobii exemplari servatis haud raro meliore et pleniore (cf. nostra app. I); nec dubitandum quin *Hesychius* simili libro usus sit, quod recte iam Schmidtius observavit quaest. Hesych. p. CXVI—CXXIV adstipulantibus Wilamowitzio 'Antigonos' p. 10[3] et Iungblutio p. 25: nam quae opposuit H. Weber Philol. Suppl. III p. 568 sq. codicum auctoritate et natura rectius aestimata facile nunc diluuntur. Quae omnia ubi via ac ratione in usum nostrum converterimus, sperare possumus fore ut et singularum classium archetypa et ipsum Zenobium plurimis quibus scatent mendis ineptiisque liberemus.

Vides quam latus hic quamque opimus ager fere incultus iaceat. Neque tamen apparatu Gaisfordi, ex quo tota fere pendet editio Gottingensis[3]), has quaestiones ad certum finem

---

eaedem saepe ineptiae ter vel quater legantur diversis locis. Unde non sine magno incommodo taedioque quae fere singulis locis pristina fuerit forma conligere possumus.

1) Haud scio an illius recensionis fuerit quae Diogeniani nomine fertur; certe et ineptam quandam interpolationem Gregorius Leid. I 22 Pant. 68 cum solo 'Diogeniano' III 81 habet communem et haud pauca recepit ex proverbiis illis, quae in D sub finem singularum litterarum interpolata essse vidimus: vide Leutschii adnotationes ad D. II 73 sqq. all.

2) Cf. Bernhard. praef. Suid. p. LXXV. Augebuntur Suidae proverbia ex Coisliniano, cf. infra p. 43[1].

3) Cave ad paroemiographos tractandos accedas *sola editione Gottingensi* instructus cuius praecipua virtus posita est in commentariis uberrimae doctrinae plenis. Nam adnotationem criticam haud satis ubique perspicuam esse supra vidimus de codicibus B V A disputantes; neque in Pseudoplutarcho secundum melius Gronovii exemplar expresso similes errores deesse Iungblutius monuit. Praeterea recensio Bodleiana cum Coisliniana tam sinistre dissecta est et turbata ceterisque recensionibus admixta, ut veram eius formam cognoscere non possis nisi labore vere Herculeo exantlato. Utique prae manu habeas necesse est *Gaisfordi*

perducere poteris. *Opus est nova conlatione codicum tantum non omnium*, inprimis recensionis Bodleianae (B V A—D). Nam Bastium cum codicem *Parisinum* 1773 (A) ad Schotti exemplar conferret (= Bodl. Gaisf. 859—959, p. 105—120), 'pauca subinde omisisse' ipse Gaisfordus suspicatus est p. IV, quamquam 'ea fortasse levioris momenti esse' se ipsum consolaturus addit. Schotti autem auctor, Scipio Cobelluccius, descripseritne *Vaticanum* an excerpserit nescimus; certe Schottus proverbiis aliunde notis selectas tantum Vaticani scripturas adspersit, nova in 'appendicem Vaticanam' coniecit, ita ut neque de forma neque de ordine aut numero proverbiorum satis constet. Iam cum Vaticanus nonnunquam ipso Bodleiano plenior videatur esse (cf. not. P V 93 et V I 27 II 96: B 257 677), interest sane ut exemplo eius cum cura descripto utamur. Denique etiam de *Bodleiano* interdum restant dubitationes, cum praesertim auctus sit a Gaisfordo copiis advecticiis praecipue ex Parisino repetitis[1]. Nec melius se habet recensio *Pseudodiogenianea*. Nam cum Palatinus Schotti, alii inspiciantur necesse est, tum cod. Bodl. Barocc. 219.

---

editionem, in qua recensio Bodleiana descripta invenitur, immo etiam *Schotti* librum appendice Vaticano, excerptis e Suida, Scaligeri 'Stromateo', copiosis indicibus etiamnum saepe te iuvantem. Neque *Chiliadum Erasmi* moles Cyclopia, ex qua recentiores omnes operis materiem et quasi fundamenta repetierunt, absumpta iam est vel facile absumetur.

1) Ad Suidam referendus est Coislinianus 177 (saec. XIV), ex quo proverbia tantum Bastius excerpsit: cf. Gaisford. praef. p. IV. Quae si recipiebant editores, recipienda erant quaecunque Suidas praebet. Ceterum nullus dubito, quin in hoc codice, sicut in scholiis Hephaestionis ab Hoerschelmanno denuo conlatis, thensauri lateant absconditi, quibus et paroemiographis et Suidae opem ferre possis. Nam ipsa Gaisfordi excerpta haud raro Coislinianum copiarum in Suida volgato recisarum formam pleniorem servasse docent, cf. e. g. prov. 21 30 sq. 40 47 50 etc. Alia quidem misere sunt contracta et interpolata, velut 395 καὶ ἐν αὐτῷ τῷ γάμῳ ὀρχηcαμένηc τῆc θυγατρὸc Μεγαλκοῦc (inepte pro Hippoclide) vel 166 (= App. II 40) ἐκ μητρὸc αὐλεῖc· [ἐπὶ τῶν εἰc μητέρα ἁμαρτανόντων ἢ εἰc οἰκεῖόν τινα· ἢ] ἐπὶ τοῦ κατὰ ζῆλον (κακοζήλωc?) τὶ ποιοῦντοc: ubi ἔκμετροc αὐλεῖc (_ ⏑ ⏑ _ _ rhythmo proverbiis fere sollemni) restituendum et inepta illa [ἐπὶ — τινα· ἢ], quae ex insana lectione fluxerunt, eicienda (cf. D VII 40; M II 100 = B 879, app. IV 94 τὸν αὐλήτην ⟨παρ⟩αὐλεῖν vel ⟨ἔκμετρον⟩ αὐλεῖν: sic enim videtur corrigendum [aliter Meineck. com. Gr. II p. 862]).

Quem adhibuit quidem Gaisfordus (cf. praef. p. VI), sed, quae eius erat consuetudo, non exhausit; *frustra enim apud eum quaeres, quae nuper Coxius* Catal. p. 387 *ex illo aut excerpsit* (velut ὦ Ἡράκλεις τί μαίνῃ· ἐπὶ τῶν θυμουμένων), *aut his verbis significavit*: 'adferuntur hic illic nonnulla quae interea *tam e codice Vaticano quam e Suidae conlectione* a Schotto in lucem prolata sunt.' Certe talia ubi acciderunt ipsis Gaisfordo et Bastio, mecum dubitabis, possitne *Parisini* 3070$^{b}$ conlatio ab anonymo in usum Gaisfordi confecta pro fundamento esse in recensione volgatarum longe gravissima restituenda. Ab his quamquam differunt sane Milleri excerpta curae diligentiaeque specie insignia, tamen etiam in eis est ubi de Athoi scriptura ambigere possis: velut I 14 Δαιδάλεια ποιήματα, I 34 ἔσχατος Μυσῶν, II 66 Ταντάλου τάλαντα non discimus sintne ultima illa quae praebent codices volgati in M omissa necne[1]).

Itaque subtiliora omnia ad aliud tempus differentes in universam recensionum principalium, *Athoae* et *volgatae*, naturam fidemque inquiramus. Initium ut ab Athoa faciamus res postulat.

---

1) Etiam recentiores illae conlectiones anonymae, quibus 'nulla fere bibliotheca librorum manu scriptorum copia paullo instructior' (Schneidew. vol. I praef. p. XXXIV) caret, recenseantur et excutiantur necesse est. Nam quantae quamque pretiosae in eis latere possint copiae, ipsi codices BCKS testantur. Cf. praeter Fabricium bibl. Gr. V p. 106 Harl. Creuzerum 'z. Gesch. der gr. u. roem. Lit.' p. 317 sq., Millerum 'Catalogue . . . de l'Escurial' p. 58 (C—I—12), 299 (X—I—13), 493 (X—IV—10) all.

## Caput II.

### De Zenobio Athoo.

§ 1. **Iudicia de recensione Athoa facta.** Verum si vidit Warnkrossius, non opus est longis ambagibus, ut genuinam Zenobii formam restituamus. Ei enim persuasum est, codicem M 'etsi non tam stricte archetypi vestigia pressisse videatur[1]), tamen haud multum a vero libri Zenobiani ambitu aberrasse' (p. 9). Solet autem cum 'haud multum culpae scriptori codicis M tribui velit' (p. 5) singula explicationum enuntiata quae non leguntur in M vel adeo in L (cf. Iungbl. p. 25 et nostra supra p. 2 7 37) a Zenobio abiudicare (p. 28 46 57); item proverbia in M omissa omnia interpolatione in volgatos codices immigrasse contendit: nam 'tenendum est' inquit 'Zenobianos libros plane et integre, quod ad proverbiorum numerum adtinet, codice M repraesentari neque ceteris codd. suppleri' (p. 57).

Adversatus est ei iam H. Iungblutius recte monens veri non esse simile Zenobium, Hadriani aequalem, Didymi Tarrhaeive copias ab ipso compilatas tam tenues reddidisse (p. 12). Huic sententiae subscribo ipso codice M diligenter cum ceteris conlato eodem sponte deductus. Atque stat nobiscum ipse etiam A. Nauckius, quamquam quid fere sentiat, quasi in transitu tantum significavit.[2]) Quae si paullo copiosius nunc

---

1) Non sine iusta causa p. 5 'codicis M scriptorem operam excerpendi et breviandi subisse' conligit ex notis margine adiectis, quibus interdum quae festinans temere ille omisit se ipsum corrigens postea supplevit: vide I 47 II 16 (cf. nostra app. I) II 57 58 deque aliis infra § 3 p. 62. Sed vilia habet haec indicia.

2) L. s. s. p. 370: 'Freilich ist was wir in letzterer Beziehung (dicit res litterarias Graecorum) aus unseren Sammlungen kennen lernen nur ein schwacher Nachhall von dem, was die verloren gegangenen Sammlungen enthielten. Dies geht hervor aus den von Miller publicirten

expono in hac argumenti gravitate non vereor ne acta agere videar, cum praesertim et proverbiorum enarrationem et emendationem paroemiographorum aliquid hinc fructus percepturas esse confidam.

§ 2. **Loci decurtati et omissi.** Ac primum quidem magni est momenti, quod Zenobii proverbia eodem miscellaneorum corpore recepta, ab eisdem tractata, ab eisdem lecta et descripta sunt, atque excerpta Aristophanea Suetoniana Zenodorea. Haec autem a quanta amplitudine ad quam exiguitatem et librariorum pigritia et licentia diasceuastae redacta sint, facile intelleges, ubi Fresenii disputationem p. 24 sqq. perlegeris vel ex Zenodori περὶ cυνηθείαc decem libris paucas pagellas (407—412) servatas esse consideraveris (cf. Nauck. l. s. s. p. 386 sq.). Itaque *simili casu etiam proverbia adflicta esse* probabile, salva et integra esse prorsus incredibile videtur. Verum, ut est in proverbio, αὐτὸ δείξει: nam permultos locos decurtatos esse omissos turbatos ipsa codicis condicione possumus demonstrare. Quorum duo sunt genera, quae ubicunque commode fieri poterit seorsum tractabimus: alterum eorum qui cum *in solis codicibus M L* inveniantur *diasceuastae Byzantino* — fortasse miscellaneorum illorum auctori — videntur tribuendi; alterum eorum qui *codicibus M L et volgatis communes* iam in vetustisimo ambarum classium *archetypo* exstiterint necesse est.

Ex magna exemplorum copia paucula exscribo. Proverbium Λήμνιον κακὸν explicant

| M I 19 | P IV 91 |
|---|---|
| εἴρηται ἡ παροιμία ἀπὸ τῶν ἐν Λήμνῳ γυναικῶν, αἳ τοὺc ἄνδραc αὐτῶν (scr. αὑτῶν) ἀπέκτειναν ἐγκαλοῦcαι ὅτι αὐταῖc οὐκ ἐμίγνυντο φεύγοντεc τὴν τῆc ὀcμῆc ἀηδίαν, ἣν προcέβαλεν αὐταῖc ἡ Ἀφροδίτη μη- | παροιμία, ἣν διαδοθῆναί φαcιν A) ἀπὸ τῶν παρανομηθέντων εἰc τοὺc ἄνδραc ἐν Λήμνῳ ὑπὸ τῶν γυναικῶν. B) Ἢ διὰ τὸ τὰc ἁρπαγείcαc ὑπὸ Πελαcγῶν ἐκ τῆc Ἀττικῆc γυναῖκαc εἰc Λῆμνον ἀπαχθῆναι· ἃc ἀποτεκούcαc |

*Excerpten*, die obwohl selbst *von Epitomatoren stark verkürzt* doch für die ältere Literatur ein nicht zu verschmähendes Contingent von neuen Notizen bieten; p. 371 (ad ὁ Καρπάθιοc τὸν λαγών M I 80 p. 358) '*die Worte des Dichters sind* hier wie in den meisten Fällen, ohne Zweifel *durch Schuld der Epitomatoren, uns vorenthalten.*'

νιάcαcα. Cf. B 588, qui et ipse solam priorem explicationem exhibet magis etiam decurtatam. [1])

τρόπους τε τῶν Ἀθηναίων διδάξαι τοὺς παῖδας καὶ γλῶτταν· τούτους δὲ τιμωρεῖν ἀλλήλοις καὶ τῶν ἐκ τῶν Θρᾳσσῶν (?) γεγενημένων ἐπικρατεῖν· τοὺς δὲ Πελασγοὺς ἐπὶ τούτῳ ἀχθομένους κτεῖναι αὐτοὺς καὶ τὰς μητέρας αὐτῶν. C) Ἢ διὰ τὴν δυσωδίαν τῶν Λημνιάδων γυναικῶν τὴν παροιμίαν διαδοθῆναι.

Didymus schol. Eurip. Hec. 870 IV p. 204 M. (= Didym. fr. p. 246 Schm.) ὁ δὲ Δίδυμος οὕτω· Πελασγοὶ ἐπιθέμενοί ποτε ταῖς Ἀθήναις πολλοὺς τῶν ἐξ Ἀθηνῶν ἁρπάσαντες ἤγαγον εἰς Λῆμνον, ἐν οἷς καὶ γυναῖκας Ἀττικάς, αἷς παλλακίσι χρησάμενοι ἔσχον παῖδας· οὓς αἱ μητέρες τῶν τε πατέρων τὴν γλῶτταν καὶ τὰ ἤθη ἐδίδαξαν· οἱ δὲ συνήρχοντο τότε ἀλλήλοις, καὶ εἴ τις τύπτοι ἀπ' αὐτῶν τινα ἐβοήθουν ἅπαντες * * * (lacuna) καὶ μετὰ ταῦτα αἱ Λήμνιαι γυναῖκες τοὺς σὺν Θόαντι πάντας ἀπέκτειναν· δι' ἀμφότερα οὖν ταῦτα ἡ παροιμία ἐδόθη (διεδόθη?) τὰ Λήμνια κακά.

Itaque *alteram Didymi explicationem omisit M*, utramque servavit Parisinus, graviter ille et ipse perturbatus. [2]) Simili ratione ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι proverbium enarratur

M II 29

κεῖται ἡ παροιμία παρὰ Φερεκράτει ἐν τοῖς Μυρμηκανθρώποις. Κεῖται (?) δὲ ἀπὸ τῶν κινδυνευόντων τὸ μὲν γὰρ τρὶς ἓξ δηλοῖ τὴν παντελῆ νίκην· τὸ δὲ τρεῖς κύβοι τὴν ἧτταν. Τοὺς δὲ κύβους τοὺς τοιούτους οἱ Ἴωνες καλοῦσιν οἴνας καὶ τὴν παροιμίαν οὕτως ἐκφέρουσιν, Ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς οἶναι.

P IV 23

fere ut in M, nisi quod inter τὴν ἧτταν et Τοὺς δὲ κύβους haec inseruntur: Πάλαι γὰρ τρισὶν ἐχρῶντο πρὸς τὰς παιδιὰς κύβοις, καὶ οὐχ, ὡς νῦν, δύο. Ἔστι δὲ ὁμωνυμία. Κύβον γὰρ ἔλεγον ἰδίως (num corruptum ex διχῶς? cf. Eustath.) αὐτὸν τὸν ῥιπτούμενον, ὅτε πλήρης ἐστὶ καὶ μή (?).

Suetonius περὶ παιδιῶν apud Eustathium p. 1397 (cf. 1083) = Fresen. p. 92 καὶ ὅτι ἐχρῶντο οἱ παλαιοὶ τρισὶ κύβοις καὶ οὐχ ὥσπερ οἱ νῦν δυσί. ὅθεν καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν μηδὲν διὰ μέσου κινδυνευόντων τό· ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους, ἀπὸ τοῦ μεγίστου καὶ ἐλαχίστου ἀριθμοῦ, ἧς μέμνηται Πλάτων ἐν νόμοις εἰπών· ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντες τουτέστι τρεῖς

---

1) Falso Miller p. 351 [1] Veneris iram (Rhode res Lemn. p. 14, Stender, de Argonaut. [Kiel 1874] p. 36 sq.) Athoo proprium esse contendit; eadem fere B tradit.

2) Ultima illa C littera a me notata ad priorem explicationem (A) referenda esse nemo non videt. Nempe diasceuasta Parisinus primum ea omisit, deinde se ipsum corrigens in fine adiecit. Melius in hac quidem parte B 588, quocum M fere consentit; ex scholio et ipso lacero et decurtato unum Thoantis nomen accedit.

μονάδας. κύβον γάρ, φασί, διχῶς ἔλεγον, αὐτό τε τὸ ἀναρριπτούμενον, ὅθεν παροιμία τραγική τό· ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ μονάδα κτλ.

Suetonium auctore primario Didymo usum esse Fresenius coniecit p. 78[1]); quae suspicio firmatur consensu Suetonii et Zenobii a Didymo pendentis. M *iterum Didymi illa omisit.*

Atque quod in duobus his exemplis certum videtur, id in aliis plurimis veri est simillimum. Nam haud paucos in M invenies locos, ubi enarrationes ineptae in codicibus volgatis (Didymo ut videtur auctore) explosae solae servatae sunt verae interpretationes oppressae. Velut M I 50 ἐν Κέῳ τίς ἡμέρα proverbium illustratur historia Demonis ingenium spirante et nimis inepte explicatur ὅθεν ἡ παροιμία ἐκράτησεν (tota sunt Demonis) ἐπὶ τῶν δειπνιζόντων, additur autem μέμνηται ταύτης Δίφιλος ἐν Λευκαδίᾳ. Verum hoc testimonio Didymum sententiam illam refutasse efficitur Bodleiani 365 (cf. Hes. s. v.) verbis ἐπὶ τῶν ἀγνώστων. Οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἐν Κέῳ τίς ἡ ἡμέρα, ὅτι οὐχ ἑστᾶσιν αἱ ἡμέραι, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι θέλουσιν ἄγουσιν.[2]) Ὅθεν λέγεται σαύτῳ (?) νουμηνίαν κηρύσσεις; verba enim οὐδεὶς γὰρ οἶδεν κτλ. poetae comico (Diphilo? cf. adn. 2) tribuenda alteri illi explicationi patrocinantur longa diversae atque eadem ratione proverbium adhibuit etiam Crates apud Athenaeum (= Pamphil. = Didym.) III p. 117 B in exitu griphi lepidi fr. 29 p. 139 K., ubi 'ecquis vestrum griphi mei sententiam intellexit' ingeniose interpretatur novissimus editor p. 140. Atque huc referendum videtur etiam M I 30 θύραζε Κᾶρες οὐκ ἔτ' Ἀνθεστήρια[3]), ubi soli B V praeter narratiunculam Demonianam (cf. app. I) antiquiorem proverbii formam θύραζε

---

1) Cf. app. II nostra ad M II 51. Tarrhaeum appellat Schneidewin.

2) Haec *comici poetae verba soluta* videntur (οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἐν Κέῳ τίς [ἡ] ἡμέρα trimeter integer) Athoo duce Diphilo restituenda; tales loci requisita quadam doctrina repleti haud infrequentes sunt apud recentiores potissimum comicos, cf. eiusdem illud Diphili com. fr. Meinek. III p. 492 ἄνθρωπος εἶναί μοι Κυρηναῖος δοκεῖς· κἀκεῖ γὰρ ἄν τις ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἕνα καλῇ, πάρεισιν ὀκτωκαίδεκα κτλ. — Similia in Zenobio saepius est observare: cf. versus Menandreos turbatos et pro explicatione adhibitos P II 58 = M I 4, et quae de provv. ἑορτὴ πόδας ἔχουσα, Μυσῶν ἔσχατος, σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει exponemus p. 62[1] 49 57 sq.

3) Quamquam de hoc quidem loco fortasse dubitatio tibi accidet in volgatorum codicum interpolationes accuratius inquirenti, cf. cap. III § 2.

κῆρες οὐκ' ἔτ' Ἀνθεςτήρια servaverunt recte explicatam apud Photium p. 286 N. (cf. p. 423) ὡς κατὰ τὴν πόλιν τοῖς Ἀνθεςτηρίοις τῶν ψυχῶν περιερχομένων:[1]) qua haud scio an Didymus ut saepius Demonis mira inventa refutaverit.

Ceteros locos ubi sententia vera (a Didymo ut videtur oriunda) aliis codicibus tradita in M L oppressa est servata falsa enumerare satis habeo: M I 66 ὁ Διὸς Κόρινθος (melius P III 21 et B 699); M I 68 Cαρδόνιος γέλως (P V 85: Iungbl. p. 37, Lagardii 'ges. Abh.' p. 265, 7, nostra infra app. I ad l.); M I 69 ὑπὲρ ὄνου cκιᾶς (P VI 28: Iungbl. p. 26); M I 85 αἶξ Cκυρία (Ps.-Diog. Vindob. I 62, ubi notanda ἄμεινον δὲ τὸ πρῶτον formula Didymea: cf. nostra p. 30 et 55[1]); II 38 ἄκουε τοῦ τέτταρα ὦτα ἔχοντος (P I 54: Nauck. ad Aristoph. Byz. p. 239); II 88 Οἰδίποδος ἀραί (omissa altera Parisini V 43 explicatio haud dubie simplicior saniorque). Quibus locis omnibus meliorem doctrinam praebent codices volgati.

Similibus autem corruptelis iam commune omnium codicum archetypon laborasse facile potest demonstrari. Nam in proverbio ἔςχατος Μυςῶν enarrando M I 34 et B 363 (= app. II 85 not.) solam ineptam Demonis enarrationem exhibent (cf. schol. Eurip. Rhes. 244: fr. 20 M.) cum explicatione non minus inepta ἐπὶ τῶν δυςχερῆ ἐπιταςςομένων; sed antecedunt verba μέμνηται ταύτης Μένανδρος (ἐν Ἐφεςίῳ add. M = fr. inc. 481 p. 327 M.?); atque hoc etiam loco poetarum testimoniis adlatis Demonem repulsam tulisse a Didymo eo efficitur, quod in C 215 post narratiunculam Demonianam in fine laceram legitur . . . λέγοιτο οὖν ἐπὶ τῶν ὑπερηφάνως τιςὶ κεχρημένων. Καὶ εἰώθαςι λέγειν, ὡς ἐςχάτῳ Μυςῶν κέχρηταί μοι (comici versus), scholia autem Plat. Theaet. p. 366 Bkk. solam veram Didymi explicationem praebent ἐπὶ τῶν εὐτελεςτάτων aliis duobus testimoniis (Magnetis Poastr. fr. 5 p. 8 K. et Menandri Androg. com. IV p. 86 M.) firmatam, quibus accedit Cicero pro Flacc. 27, 65 'quid porro in Graeco sermone tam

1) Cf. Romanorum 'mundum patentem' atque simillima illa a Varrone tradita 'de vita pop. Rom.' apud Nonium p. 135: 'quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu ac dicunt *se lemurios domo extra ianuam eicere.*' Plura praebebit praeter Prellerum 'Demeter' p. 121 [111] Lippert. 'Seelencult' p. 23 sq., qui 'Religionen' p. 319 coniecit quod h. l. traditur

tritum atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur ut Mysorum ultimus esse dicatur.'

Plane eadem ratione Didymus M I 45 πάλαι ποτ' ἦcαν ἄλκιμοι Μιλήcιοι = P V 80 et M I 46 τὸ Θεccαλῶν cόφιcμα = B 889 volgatas sententias refutavit; testimoniis enim poetarum antiquorum prudenter usus luculenter demonstravit, proverbia vetustiora esse quam homines vel res gestas, unde repeterentur a paroemiographis. Quod cum nunc quidem neque in M exponatur disertis verbis neque in P B, facile autem ex tota loci condicione suppleatur (cf. infra p. 72), in ipso ambarum classium archetypo iterum hebes excerptoris ingenium deprehendimus divitiis acceptis haud recte utentis.

Denique sententiae Didymeae nec vola apparet nec vestigium in loco vexatissimo M I 3 P V 78 πάντα ὀκτώ, ubi mira commenta iactant auctores in M L P adlegati,[1]) cum melius Pollux IX 103 ceterique per Suetonium ad Didymum revocandi apud Fresenium l. s. s. p. 105: καὶ μὴν καὶ Cτηcίχοροc ἐκαλεῖτό τιc παρὰ τοῖc ἀcτραγαλίζουcιν ἀριθμόc, ὃc ἐδήλου τὰ ὀκτώ· τὸν γὰρ ἐν ʽΙμέρᾳ τοῦ ποιητοῦ τάφον ἐξ ὀκτὼ πάντων cυντεθέντα πεποιηκέναι τὴν πάντ' ὀκτώ φαcι παροιμίαν.[2]) Idem accidit M I 39 P V 46 B 738 ὅcα Μῦc ἐν Πίccῃ,[3]) M II 24 P V 63 πάντα λίθον κίνει (Phot. p. 52: cf. app. I). Quae et ipsa iam in archetypo mutila videntur fuisse.

Hoc frequentissimum est genus locorum contractorum: ubi id universe observabis, narratiunculas Demonis Aristidis

1) Cf. Hiller Eratosth. p. 52 sq., Flach. 'Gesch. d. gr. Lyrik' p. 332.

2) Secus iudicavit Hiller Eratosth. fr. XVII p. 53, cui maxime probatur explicatio ad certaminum Olympiacorum genera pertinens. Mihi a talorum ludo proverbium originem duxisse videtur (cf. similia illa ἀνερρίφθω κύβοc, ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουcιν οἱ Διὸc κύβοι, ἢ τρὶc ἓξ ἢ τρεῖc κύβοι, Κῷοc πρὸc Χῖον, Χῖοc παραcτὰc κτλ., Μίδαc ἐν κύβοιc εὐβολώτατοc): ut spectet 'ad rem quae forte fortuna bene cadat' (Erasm.). Quamquam cur Stesichorus appellatus sit iactus ille, qui effici non poterat nisi 'unione et ternione geminatis' (Klein. Stesichori fr. p. 28), haud satis liquet; nam vix probabilia sunt quae supra transcripsimus veterum commenta aut recentiorum nuper composita et refutata a Flachio 'Gesch. d. gr. Lyrik' p. 332 sq. Qui suam ipsius opinionem cum veterum testimoniis (Dion. Halic. de comp. verb. XIX) pugnantem vereor ut cuiquam probet.

3) Melius B 194: sed haec aliunde repetita esse infra videbimus.

Mnaseae aliorum fabulatorum plerumque fere integras servari melioris doctrinae copiis amputatis vel adeo oppressis.[1]) Vix minus saepe dicendi genere excerptor Byzantinus se prodit, praecipue ὅτι formula, quam vide M II 35 III 12 (ubi multo uberior P IV 54) V p. 329 (ἄλλοτε ἀλλοῖον τελέθειν . . . ὅτι χρὴ κτλ.); atque ne tenuissima quidem relinquitur dubitatio in proverbio πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος κτλ., ubi

| M II 96 | P V 71 |
|---|---|
| . . . Ἀριστοτέλης δέ φησιν Ἀγκαῖόν τινα Σαμίων βασιλέα μέλλοντα πίνειν ἀκοῦσαι κραυγὴν περὶ θήραν γενομένην καὶ ἐξελθόντα συμπλακῆναι τῷ συῒ καὶ ἀποθανεῖν· ὅθεν εἰρῆσθαι κτλ. | . . . Ἀγκαῖος παῖς Ποσειδῶνος φυτεύων ἀμπελῶνα βαρέως ἐπέκειτο τοῖς οἰκέταις. Εἷς δὲ . . . ἔφη μὴ μεταλήψεσθαι τὸν δεσπότην τοῦ καρποῦ. Ὁ δὲ Ἀ. ἐπειδὴ ὁ καρπὸς ἐφθάκει . . . τὸν οἰκέτην ἐκέλευσε κεράσαι αὐτῷ. Μέλλων δὲ τὴν κύλικα προσφέρειν τῷ στόματι ὑπεμίμνησκεν αὐτὸν τοῦ λόγου· ὁ δὲ ἔφη τὸν εἰρημένον στίχον. Τούτων ἔτι λεγομένων οἰκέτης ἦλθεν ἀπαγγέλλων ὡς ὑπερμεγέθης σῦς τὸν ὄρχατον λυμαίνεται. Ὁ δὲ Ἀγκαῖος ἀποβαλὼν τὴν πόσιν ἐπὶ τὸν σῦν ὥρμησε κτλ. |

nam τῷ articulus enuntiato quod in P antecedit omisso non habet quo referatur. In eodem proverbio etiam Dionysii Thracis explicatio ab Antinoo Odysseae repetita in M contractior quam in P, ex quo accedunt τοξευθεὶς ἀπὸ τοῦ Ὀδυσσέως verba.[2])

Reliqua exempla in quibus non minus manifesta res est breviter tibi indicabo. Sunt autem haec. M I 1 Καδμεία νίκη : P IV 45 multo et plenius et exquisitius (nota v. ἀποδιδόασι, pro

1) Paroemiographi illi ἀφ᾽ ἱστορίας — a certis locis (Σαρδόνιος γέλως) vel rebus gestis (ὅσα Μῦς ἐν Πίσῃ) — proverbiorum explicationes repetere amant, quas sobriore iudicio usus Didymus ubi commode fieri potest simplicioribus rationibus ad communem rerum naturam spectantibus expedire soleat. Idem studium cognosces Hes. s. v. Κόρσακις (Salmas. κορσάτης)· τράγος, παρὰ Κρατίνῳ (p. 112 fr. 338 K.) Δίδυμος ἤκουεν ἀπὸ τῆς κόρσης· <ἄλλοι δὲ Κιλίκιος> (suppl. Meinek.) Κόρσαι γὰρ τῆς Κιλικίας: cf. Didym. p. 30 Schm.

2) Ceteros locos aut alterutram explicationem exhibentes aut utramque composuit exscripsitque V. Rose. Aristot. Pseudepigr. p. 518 sq. Omnes ex eodem fluxerunt fonte, Didymo scilicet. Tertia enarratio qua ad Calchantem refertur proverbium apud Festum invenitur p. 150 384 M.

qua volgatum illud εἴρηται substituit M) ‖ M I 7 ἐν Καρὶ ὁ κίνδυνος: omittitur altera explicatio Parisini III 59 ‖ M I 21 οὐκ ἄνευ γε Θησέως : plenius P V 33 ‖ M I 28 οὐδὲ ἐγγὺς ἱππικοῦ δρόμου : tam lacerum, vix ut intellegi possit ‖ M I 38 οἴῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξεν : plenius P V 45 ‖ M I 71 βοῦς ἕβδομος : hiat sententia post δύναται δὲ βοῦς ἕβδομος atque exitus veriorem formam conl. V p. 377 M praebet (cf. Graux l. s. s. p. 231 sq.) ‖ M II 24 πάντα λίθον κίνει : breviora omnia et exiliora quam P V 63: cf. quae composuimus app. I p. 141 sq. ‖ M II 38 ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος : duae explicationes omissae ex tribus Parisini I 54 ‖ M II 62 Κιλίκιος ὄλεθρος : accedunt nonnulla ex P IV 53 ‖ M II 66 Ταντάλου τάλαντα : uberius P VI 4 ubi notanda διαδοθῆναι, διπλῆν συμβέβηκεν εἶναι sim. in M oblitterata ‖ M II 72: omnino insanum ‖ M 74 ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα : cf. P VI 23 ‖ M II 85 : initium plenius P V 10, qui solus etiam Archilochi versum servavit ‖ M II 94 : in quinque versus contracti sunt quindecim Bodleiani 407 (= app. prov. II 66) ‖ M II 95 : altera pars in M multo peior quam P V 8 ‖ M III 5 εὐδαίμων ὁ Κόρινθος: intellegi non potest ‖ M III 10 κεστρεὺς νηστεύει : prior explicatio P IV 52 servata in M suppressa.[1])

In Codice L, qui inde a III 17 Athoi est vicarius, *ne una quidem explicatio integra* servatur, quamquam Warnkrossius, ubi ex re eius videbatur esse, pro vero et pleno eum vendidit (cf. dissert. eius p. 28 et Iungblutium p. 25).

Ceterum in locis quos postremos adnotavimus plerumque quasi ante pedes res est posita. Sunt tamen difficiliores quidam iidemque graviores qui accuratius sibi flagitent examen. Initium facio a nobili illo saepeque tentato Athoi I 15 αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἵενται·[2]) οὕτως ὁ Βακχυλίδης ἐχρήσατο τῇ παροιμίᾳ, ὡς Ἡρακλέους ἐπιφοιτήσαντος κτλ. Aliter P II 19 οὕτως Ἡράκλειτος ἑ. τ. π., ubi pro Heraclito Hesiodum 'qui Herculem in Κήϋκος γάμῳ ista loquentem fecerit' reduxit Schneidewinus emendatione ut ipsi videbatur certis-

1) De aliis (velut de II 46 56) infra videbimus cap. III § 2 et app. I II.

2) De hoc proverbio consulendus A. Hug. programm. Turic. 1872. [O. Ribbeck 'Kolax' in 'Abhandlungen der k. sächs. Ges. d. Wissenschaften' IX 1 (1883) p. 100 sq.]

sima. Secus iudicaverunt et Nauckius[1]) et Bergkius[2]) Athoi scripturam integram perhibentes. Sed hexameter ille alienus est a Bacchylide, cuius dactylo-epitritos integros servavit Athenaeus V p. 178 B = fr. 33 vol. III p. 581 Bgk⁴. Quid igitur si iterum lacunosus est Athous atque utrumque testimonium scriptum erat in archetypo, quorum alterum M, alterius vestigium P servaverit?[3]) Quo loco si non multum, aliquid saltem lucrari nobis videmur volgatis codicibus consultis. Est autem ubi eaedem omnino lacunae corruptelaeque mirae in utraque recensione reperiantur. Certissimum est exemplum M II 39 τὰ ἐπὶ κοσκίνῳ. δύναται ἡ παροιμία καὶ ἐπὶ τῶν . . . μαντευομένων εἰρῆθαι (cf. infra § 3). Ubi vox καὶ excidisse arguit explicationem τἀληθῆ πάντα (Phot. p. 200 N. = Suid. Apost.), quae etiam B 873 (app. prov. V 2) desideratur. Item M II 36 = P III 92 eadem in utrisque codicibus post primum enuntiatum lacuna est statuenda propter vv. τὴν πρόρρηςιν τοῦ θεοῦ ἐθαύμαςαν: cuius προρρήςεως nunc ne mentio quidem fit in eis quae antecedunt. Atque lacunosum puto etiam M I 87 λύκου πτερά·[4]) ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων εἴρηται ἡ παροιμία ὅταν μέχρι τῶν λόγων ἄφοβος ᾖ: ubi verba litteris diductis descripta, quae plenam sanamque vix praebent sententiam, leguntur etiam apud Pseudo-Diogenianum Vindob. III 7 Macarium V 68 Suidam = Ald. col. 115 (om. B D Greg. Cypr.), nisi quod ὁ φόβος omnes exhibent, ὁ φ. στῇ Macarius. Similia inveniuntur M I 71 βοῦς ἔβδομος, ubi eadem exitus corruptela infectus est B 223, Ps.-Diogen. III 50, Macar. II 89; M II 41 = P VI 42 χαῖρε φίλον

---

1) L. s. s. p. 376: 'M. bietet οὕτως ὁ Β., und das ist unzweifelhaft richtig, obschon die . . . Worte des B. etwas anders lauten . . . Die Stelle zeigt, dass nicht immer die leichtesten Änderungen zugleich die besten sind.'

2) Lyrr. vol. III⁴ p. 581: 'Schneidewin 'Ηςίοδον scribendo *paroemiographum, non librarios castigavit:* nam sane poeta lyricus Hesiodi vestigia legit, qui . . . Herculem hoc versu . . . hospitem alloqui fecit.'

3) 'Η[ςίοδ]ος in P corruptum videtur in 'Η[ράκλειτ]ος cum librarius festinans et Bacchylidis nomen omitteret et 'Η[ρακλέ]ους vocabulum oculis praeciperet. [Cf. Ribbeck. l. s. s. p. 100 adn. 2; aliter Wilamowitz. Herm. XVIII p. 418.]

4) Copiis a Leutschio ad Ps.-Diog. Vind. III 7 vol. II p. 37 adscriptis addo Aristid. I 49 δύναιτ' ἂν καὶ ὄνους πτεροῦν (Bacchus), οὐχ ἵππους μόνον.

φῶς, quo de cf. Schneidewinum praef. p. XXVI et nostra § 4 p. 73 sq. Quibus locis omnibus lacunas corruptelasque foedissimas *ipsi omnium codicum archetypo* tribuendas esse apparet, sicut illis de quibus egimus p. 49 sq.

Verum τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκαν excerptores ubi non modo enarrationes, sed ipsa etiam proverbia amputaverunt corruperunt contaminaverunt. Levioribus quae dudum correcta sunt exemplis omissis in desperatis quibusdam tractandis et fieri si possit restituendis me contineo.

Π 65ᵃ M praebet satis mire: Λευκώλενον λίνον κερδῷ γαμεῖς. Κατὰ παροιμίαν αὗται (sc. γλῶτται) <ἐπὶ> τοῦ λευκοῦ καὶ τοῦ κερδαίνειν λέγονται· ἡ μὲν γὰρ κατὰ τὸ κερδαίνειν κατὰ (num ἀπὸ?) τῶν ἐπὶ κέρδει γαμούντων τὰς αἰσχρὰς γυναῖκας ἢ τὰς γεγηρακυίας λέγεται· τὸ δὲ κερδῶν οὐκ ἐντέτακται. Nihil prodest Ps.-Diog. VI 22 λ. λ. κερδογαμεῖς[1]) κτλ. Veri vestigium remansit B 619 λευκώλενον λίνον Κερδῶν γαμεῖς atque Ps.-Diog. Vind. III 4 Κέρδων γαμεῖ· παρὰ τὸ ὄνομα (Κέρδων a κέρδος, cf. C. I. Gr. II 1078, Euphr. com. IV p. 493 M.) εἴρηται[2]) ἐπὶ τῶν διὰ κέρδος αἱρουμένων τὸν γάμον. Hinc consequitur, quod vel ex Athoi verbis αὗται . . . λέγονται concludas[3]), lemma illud effici duabus glossis male conglutinatis λευκώλενον † λίνον (?) et Κέρδων γαμεῖ. Neque tamen explicatur nisi altera, in qua nomen Κέρδων latere, verissime monetur in epitome Vindobonensi:[4]) similia sunt Ἀκεσίας ἰάσατο, Βουλίας δικάζει, Καλλιπίδης τρέχει (Leutsch. ad mant. prov. I 87 vol. II p. 757) Ἅβρωνος βίον βιοῖ, δεινότερα τῶν Δεινίου (C 99), Ναύσων ναυκρατεῖ (B 677, si lectio vera), atque — ut mihi videtur — οὐ Δικάβου

---

1) Hanc scripturam probavit Miller, verum quo explicetur non attulit.

2) Cf. Hes. s. v. Ἀκαλανθίς· ταχεῖα κύων, ὀνοματικῶς, B 42 Ἀκάνθιος (errore) κύων· ταχεῖα ὀνομαστικῶς (schol. Arist. pac. 1078 ἀκ. ὄνομα κυνὸς κτλ.), et quod maxime huc pertinet Phot. II p. 201 N. Ταντάλου τάλαντα . . . γέγονε δὲ παρὰ τὸ ὄνομα τάλαντα κτλ.

3) Haec obstant speciosae Zielinski mei suspicioni, qui verba illa praeceptum continere populare coniecit puellis nupturientibus destinatum 'lintea alba <ubi paraveris>, condicionis bonae habebis potestatem'.

4) Cf. etiam de Leutsch. 'Gött. gel. Anz.' 1846 p. 1402. — Festus (Paul.) p. 56 M.: 'Cercopa Graeci appellant lucrari undique cupientem (cf. Leutsch. ad P I 5), quasi Κέρδωνα, quem nos quoque lucrionem vocamus.' Quamquam etiam *cerdo* Romanis notus est (Iuvenal. Martial.).

κάβοϲ M III 82;[1]) nam ad κερδώ i. e. volpeculam vix referendum. Prior lemmatis pars explicatione omnino caret, quam post ἐντέτακται excidisse ipsa ἡ μὲν . . . verba clamant quibus quod oppositum sit ἡ δὲ . . . frustra quaeres.[2]) Itaque lubricum est de miris illis verbis certam proferre sententiam. Quamquam sana ea esse non credo atque facile corriges λευκώλενοϲ ⟨ὡϲ⟩ λίνον. Nisi λευκώλενον illud diasceuastae (cf. § 3) tribuendum est a dittographia fortasse λευκόλινον λινον proficiscenti : ut primitus unum λευκόλινον scriptum fuerit : quod in comoedia (quo etiam Κέρδων videtur spectare) ad munditiem describendam adhibitum fuisse inde potest conici, quod opposito illo ὠμολίνῳ spurcitiem paupertatemque notavit Cratinus fr. 9 p. 14 Kock., quem vide; cf. etiam Alcman. fr. 80 III p. 62 Bgk[4] οἶκαϲ μὲν ὡραίῳ λίνῳ, B 72 (= app. pr. I 44) ἄχνη λίνου cum Leutschii adnotatione.

---

1) I. e. κάβοϲ eius viri, qui unum vendere solet pro duobus: cf. Κωδάλου χοῖνιξ B 565 et nostrum „mit der Schneiderelle messen"; prave κάβοϲ κάβου C 278, quo de suo iure dubitavit Meinekius com. fr. vol. II 1 p. 79. Simili ratione Alcman dixit fr. 27 III p. 47 Bgk[4] Πολλαλέγων ὄνυμ' ἀνδρί, γυναικὶ δὲ Παϲιχάρηα atque nota sunt comoediae 'nomina significantia'. Pertinent huc etiam proverbia in lusu verborum posita quae originem ducunt a nominibus propriis aut nobilium quorundam hominum — velut εὐγενέϲτεροϲ Κόδρου (= κυδροῦ ex Welckeri coniectura), Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν (Creuzer l. s. s. p. 315), Ταντάλου τάλαντα (cf. supra p. 54[2]), — aut gentium locorumque — velut βοῦϲ Κύπριοϲ (= κόπριοϲ [ut Cyprianus *Copreanus* vocatur Lactant. div. inst. V 1]: cf. Antiph. com. fr. III p. 68 M., Enn. p. 164 Vahl. 'Cyprio bovi merendam ⟨merdam⟩ Ennius', sic enim videtur scribendum), αἲξ Cκυρία (Lobeck. Agl. p. 1317), Ἀργεῖοι φῶρεϲ (ἀργόϲ), Ῥηγῖνοϲ (ῥιγέω), Cυβαρῖται (ϲοβαρόϲ) διὰ πλατείαϲ (πλατύνων Macar. VII 87), γραῦϲ Cέριφοϲ (ϲτέριφοϲ), Τεγεάτηϲ 'περὶ πεπορνευκότοϲ' Diog. Laert. VI 61 (τέγοϲ = lupanar), κακῶν Ἰλιάϲ (ἴλη), δαίμων Αἴνειοϲ (αἰνόϲ); similia recentiorum δὲν εἶν' ἀπὸ τοῦ Δῶϲε, μον' εἶν' ἀπὸ τοῦ Πάρε, εἶν' ἀπὸ τὸ Ζητοῦνι (Sanders, 'Volksleben d. Neugr.' p. 226 240). De quo genere facetiarum cf. interprett. Aristoph. equitt. 77, Brunk. anall. II p. 267, Welcker 'ep. Cycl.' I p. 411, [Grasberger 'Stichnamen' p. 23 35 51].

2) Non intellego verba quae sunt τὸ δὲ κερδῶν οὐκ ἐντέτακται. Facili negotio conicias ἐκτέταται (Draco Straton. p. 29, 14), quod aut ad Κερδονstirpis ō spectet, aut — si modo ἐκτείνειν dici potest pro περιϲπᾶν — ad Κέρδων nominis paroxytonesin (cf. Coisl. 150). Sed pro codicis natura nonnulla excidisse probabilius est, quibus talis fere evaserit locus qualis Phot. I p. 254 N. s. ἣ δ' ὅϲ . . . ἐντετάχθαι γὰρ ἄρθρον τὸ ὅϲ.

Simili errore *duo proverbia in unum coniuncta* saepius invenies in M (et volgatis codd.) Cf. III 34 M 29 L Μιχθοφορῶν, in quo ἀχθοφόρος ⟨Αἰγύπτιος⟩ et Φάων latere iam Duebner suspicatus est;[1]) III 118 M 81 L οὐχ ἱππονέκτας (ἱππολ. L) περισσὰς πλῶμες· λέγεται ἐπὶ τῶν βραχέα κεκτημένων: unde facili mutatione initium restitues οὐχ ἵππον ἔκτας⟨αι⟩ ad πλῶμες vocis traditae exemplar forma dorica recepta,[2]) cum de altera parte a priore utique segreganda dubius haereas in hac subsidiorum inopia.[3]) Paullo aliter comparatum I 73 Πλακιάδαι καὶ στέλαιον. Αὕτη εἴρηται ἐπὶ τῶν μοιχῶν ὡς ἐπὶ τῶν ἀξίων ὕβρεως· † αἱ Κλαζομεναὶ ἐκ † διζωπυριῶν. Δῆμος δέ ἐστι τῆς Ἀττικῆς οἱ Πλακιάδαι κτλ.: sequitur inepta proverbii ὦ Λακιάδαι κτλ. interpretatio de qua infra agendum. Obscura et corruptissima sunt verba αἱ Κλαζομεναὶ ἐκ δ.; id tamen certum, ea quasi frustulum esse dicterii priori[4]) similis ex comoedia petiti, nam Hesychius praebet s. v. Κλαζομένιοι· οὗτοι κωμῳδοῦνται· δοκοῦσι γὰρ ἐπικύπτοντες προστιλᾶν,[5]) quocum coniungendum Auson. epigr. 131 'et teris incusas pumice Clazomenas'; desperatis illis verbis ultimis quae sunt ἐκ διζωπυριῶν[6]) haud scio an significetur *Zopyrus*

---

1) Confirmatur haec coniectura eo potissimum, quod proverbium vicinum 36 M 31 L repetitum est a Staphylo *Naucratita* atque quod etiam 38 τὸ ἀρνίον σοι λελάληκεν ad res Aegyptias spectat. [Schoellium p. 53 Μυχθοφάων coniectura haud dubie eleganti proposuisse video; sed verior videtur etiamnunc Duebneri ratio]. Cf. infra p. 85.

2) Dorica plurima invenies inde a III 110 ad 118 vide § 4 p. 86 sq. Adminiculum emendationis est 120 (83) τίς τρόπος ἵππων: cf. p. 71.

3) Quamquam in promptu est περισσὰ (= μάτην, ἄλλως) correctura: eadem ratione περισσόν invenitur adhibitum apud Alcmanem Dorium fr. 83 vol. III p. 62 Bgk.[4], sed dubiae fidei; αὔσιον Ibycus dixit fr. 12 p. 242. Enarratio partis prioris excidisse videtur in L neque in M aut archetypo eam exstitisse veri est simile ubi eadem corruptela lemma vitiatur. Ipsa sententia a posteriore illo proverbio vix differt; simile est idemque Doriensium ἀκαρπότερος ἀγριππου· ἐπὶ τῶν πάνυ πενομένων conl. V p. 378, II 61 M.

4) Quod Athoo teste repetitum est ex Posidippi Ἀποκλειομένῃ. Nihil in comoedia frequentius, quam demi Attici in ludibrium versi.

5) Plura vide apud Meinekium com. Gr. fr. IV p. 639; V 1 p. 119.

6) Corruptelae imparem se esse confessus est Nauck. l. s. s. p. 374; ad Zopyrionem lexicographum locum rettulit Miller: sed nullae illius sunt partes in Zenobio.

rhetor *Clazomenius*, de quo Quintil. III 6, 3: '[cτάcιν nomen traditum putant] alii a Naucrate Isocratis discipulo, alii a Zopyro Clazomenio.'[1]) Persimilis est condicio proverbii κινεῖc τὸν Ἀνάγυρον I 75 ubi post volgatam explicationem legimus: ἄλλωc· τὸν Ἀνάγυρον κινεῖν. Δῆμοc Ἀττικῆc οὕτω καλούμενοc· ἔνθα φαcὶ φυτὸν δυcῶδεc καὶ ἀλεξίκακον βλαcτάνειν. Λέγεται δὲ καὶ Ἀναγυράcιοc δαίμων καὶ τέμενοc Ἀναγύρου ἐν τῷ δήμῳ τῶν Ἀναγυραcίων. Ex tenui excerptoris disputatione vix concludes, etiam verba Ἀναγυράcιοc δαίμων pro proverbio habita esse, quod luculenta enarratione Hieronymi ἐν τῷ περὶ τραγῳδιοποιῶν instructum servavit Suidas = C 30 D III 31.[2])

Verum his locis etiamsi proverbia corrupta sunt mutilata enarrationibus privata, tamen fragmina eorum sunt servata. Est autem ubi *plane resecta* ea esse certissime possit demonstrari, ita ut ipsum fundamentum subruatur sententiae Warnkrossii, qui proverbiorum copias integras in M L servatas esse confidenter contendit. Exemplum luculentissimum est M I 36 cὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει, ubi praebent

| M | P V 93 |
|---|---|
| ἡ παροιμία εἴρηται ἐπὶ τῶν παρὰ τοῦ θείου προcδεχομένων βοήθειαν καὶ διὰ τοῦτο αἰτούντων.[3]) Φαcὶ γὰρ ὅτι ὀνηλάτηc τὸν ὄνον βαλὼν εἰc βόθρον καὶ ἀφεὶc ταῖc χερcὶν ἀνέλκειν τὸν ὄνον τῷ Ἡρακλεῖ προcηύξατο· ὁ δὲ Ἡρακλῆc ἐκέλευcεν αὐτὸν ‖ τὴν χεῖρα προcφέροντα τὸν θεὸν καλεῖν. | A) παροιμία ἐπὶ τοῦ μὴ χρῆναι ἐπὶ ταῖc τῶν θεῶν ἐλπίcι καθημένουc ἀργεῖν. Τίθεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ γυναικῶν μάλιcτα ὀφειλουcῶν ἐργάζεcθαι. ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ ἐργάνη * * B) * * * εἴρηται δὲ ἀπὸ ὀνηλάτου, οὗ ὁ μὲν ὄνοc εἰc πηλὸν ἐπεπτώκει· ὁ δὲ ‖ θεὸν βοηθεῖν ἐπεκαλεῖτο τὸν Ἡρακλέα.[4]) ‖ Μέμνηται ταύτηc τῆc παροιμίαc Εὐριπίδηc. C) Ἕτεροι δέ |

1) Iam hinc bonae fuisse aetatis Clazomenium conligitur: accuratiora discimus ex Diog. Laert. IX 112: cf. de Wilamowitz. 'Antigonos' p. 43.

2) Dubia quaedam exempla infra tractabimus p. 87[5] 89[2].

3) Corrigendum est conlato P ἀργούντων, una litterula mutata, nam τ et γ (ϒ) in archetypo discerni vix poterant, cf. I 70 ἔγραφε (ubi scr. ἔτρεφε), I 81 παρέγραψαν (scr. παρέτρεψαν), III 162 Εἶτιc (scr. Αἰγίc).

4) Haec iambis olim inclusa fuisse iam alio loco (de Babrii aetate 'Leipz. Stud.' p. 233[2] conl. p. 237[3]) suspicatus sum; atque fidem facit iambus integer τὴν χεῖρα κτλ. in B V servatus. Falsus sum de Parisino interpolato ib. p. 205 adn. 1. De ipso proverbio vide p. 205 et p. 159 adn. 1 (ubi adde Soph. fr. 288, Aesch. fr. 291 Ddf., Sall. Catil. 52, 25).

φαcιν ὅτι μέλλων τὶc ἀγωνίcαcθαι χρηcμὸν παρὰ τῆc Ἀθημᾶc εἴληφεν ὅτι νικήcει· ἐνcτάντοc δὲ τοῦ ἀγῶνοc εἰcελθὼν εἰc τὸ θέατρον ‖ κάτω βαλὼν τὰc χεῖραc ἀργὸc εἱcτήκει, ‖ (choliambus?) ἕωc . . . ἐνικήθη.

Brevius quam P B 847 V in not. ad P,[1]) sed ante εἴρηται V lacunam explet addens ὁμοία τῇ· ‖ Αὐτόc τι νῦν δρῶν εἶτα τοὺc θεοὺc κάλει ‖ (= Suid. s. v. αὐτόc τι κτλ.); post Ἡρακλέα bene adiciunt ὁ δὲ ἐκέλευcεν αὐτὸν ‖ τὴν χεῖρα κτλ., ut M (cf. Suid. Phot. s. v.).

In M ante φαcὶ γὰρ lacunam esse statuendam manifestum est, cum explicatio ab Hercule repetita non conveniat cum lemmate, in quo Minerva in scaenam prodit. Pleniores volgati codices, qui coniuncti a veri Zenobii ambitu haud longe videntur abesse.[2]) Ex quibus concludere possumus, *in M duo excidisse proverbia* vel versus 'proverbiales', αὐτόc τι νῦν δρῶν κτλ. (= Eurip. Temen. fr. 435 Ddf.) et τὴν χεῖρα προcφέροντα κτλ. (quocum cf. proverbium Laconicum a Plutarcho inst. Lacon. 28 p. 239 A = Apost. XV 92 servatum τὰν χεῖρα ποτιφέροντα τὰν τύχαν καλεῖν).

Cetera simili ratione persequi longum est. Ipse sis inspicias et cum volgatis codicibus conferas M I 65 (P I 1) Ἀβύδηνον ἐπιφόρημα,[3]) ubi ante verba εἴρηται δὲ ἡ παροιμία καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν cυκοφαντεῖcθαι τοὺc ξένουc, quae non pertinent ad proverbium illud, lemma Ἄβυδοc εἶ vel μὴ εἰκῇ (εἰκῇ Macar. III 50, C 128) τὴν Ἄβυδον excidisse evincunt Ps.-Diog. I 1 VI 53 (Eustath. ad Il. B 836, Bekk. an. p. 322, 3); M II 101 τὰ ἀπὸ Ναννάκου ἐπὶ τῶν παλαιότητι θαυμαζομένων κτλ., ubi Herondae choliambographi versus ἵνα τὰ Ναννάκου κλαύcῃ (Babrius ed. Lachm. p. 151) referendus est ad proverbium simile τὸ ἐπὶ Ναννάκου κλαύcειν a Stephano Byzantio s. v. Ἰκόνιον servatum et ἐπὶ τῶν λίαν οἰκτιζομένων explicatum, cuius etiam in P vestigium pellucet lemma τὰ Ναννάκου (sc. κλαύcειν) et altera explicatio ἐπὶ τῶν πολλὰ θρηνούντων;

---

1) Inepte contraxit D VIII 11 χρηcμόν τιc ἔλαβε (C)· τὴν χεῖρα κτλ. (B).

2) Nisi quod narratiunculam iambis olim inclusam haud dubie diasceuasta demum, ut solet, in prosam orationem solvit et decurtavit.

3) Vide accurate de eo disserentem Warnkrossium p. 33; verum Zenobio tribuit quod commisit diasceuasta.

III 14 M 12 L ὁ Κερκυραῖος μαστιγούμενος † ἅμα αὐτὸν ἠργολάβησεν,[1]) ubi ipsum proverbium Κερκυραία μάστιξ omissum esse ex Zenobio Parisino consequitur eodem Aristotelis[2]) loco illud enarrante IV 49. Alio indicio excerptoris fraus manifesta fit I 81. Legimus post proverbium ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών ... ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐπισπωμένων κακά: Οἰνόη τὴν χαράδραν. Ἰσοδυναμεῖ καὶ αὕτη τῇ πρὸ αὐτῆς. Οἰνόη γὰρ δῆμος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς κτλ. Ubi ex voce καὶ[3]) concludere possumus, minimum tertium proverbium eandem sententiam continens excidisse, scilicet unum ex *duodecim* illis quae in quinta conlectione s. v. αἲξ τὴν μάχαιραν (Aldin. col. 14 = Graux 31 = Mill. p. 376) recensentur. Minus certum idem indicium est I 85 μέμνηται καὶ τούτου Πίνδαρος; antecedens lemma Pindari testi-

1) Duebner p. XIV versum (comici ni fallor) ita refinxit: ὁ Κερκυραίᾳ μ. ἅμ' ἀλοητὸν ἠργολάβησεν 'dum Corcyraeo flagello percutitur palpitat et trepidat pedibus, triturandi operam locavit' — acutius illud quam verius [,ut etiam Schoellio videtur p. 51 [2]].

2) Aristophanem sollemni errore habet schol. Arist. av. 1463 (quem grammaticum interpretabatur Nauck. Aristoph. fr. p. 239), cum paroemiographi verum Aristotelis nomen retinuerint. Cf. V. Rose Aristot. pseudepigr. p. 478, cuius sententia Athoi III 14 testimonio nunc comprobatur; adde Slothouber l. s. s. p. 55. Ceterum quae de Corcyraeis flagellis narrant paroemiographi satis mira haud scio an temere finxerint αὐτοσχεδιάζοντες sicut similia plurima, cum quid sibi vellent verba illa fortasse ut κεραμικὴ μάστιξ (Hes. = com. anon. IV p. 638) per translationem dicta haud recte intellegerent.

3) Cf. etiam II 46, ubi incerta res est, atque 39, ubi eadem καὶ vocula alteram explicationem excidisse arguit: cf. nostra supra p. 53. Eodem indicio in conlectione V p. 381 infra utemur. Ceterum argutias si quis vendere velit, in ipsis codicibus praeter numeros Athoos Laurentianosque archetypi numeros priscae amplitudinis indices nonnunquam relictos esse conligat ex miris quibusdam corruptelis. Velut in eo quod M I 73 ογ' et B V s. v. Πλακιάδαι praebent pro Λακιάδαι π̄ litteram pro LXXX numero accipere possis, ut septem exciderint lemmata; in corrupto illo Μιχθοφορῶν III 34 λδ' M (29 L) μ̄ litteram pro XL, ut sex exciderint, item in mira Bodleiani 458 lectione Ζεύδου (pro εὕδου) III 55 νε' M ζ̄ pro ζ', item III 162 ρξβ' M in εἴ τις ε̄ pro ροε', ut exciderint duodecim. Sed Πλακιάδαι ortum videtur ex ὦ Λακιάδαι (ῶ et ω litterarum minuscularum quas dicunt similitudine); Ζεύδου autem diasceuastae Bodleiano tribuendum esse credo proverbiis quae sequuntur a ζ̄ incipientibus in errorem inducto. Nec quae restant ullam habent vim.

monio non ornatum est: verum aegre disceptabis exciderítne poetae versus an proverbium.

Iam his locis ab excerptore consulto corruptis ne quid desideretur lacunas addo certis angustisque finibus circumscriptas: quales in omnibus quidem codicibus reperies, sed rarissime si quid video ea qua in M frequentia per totum opusculum sparsas. Hae fere sunt quae obiter exscripserim paucae ni fallor ex plurimis. M I 27 = P V 34 s. οὐδὲ πυρφόροϲ ἐλείφθη : praeter alia verba καὶ λαμπάδα exciderunt. ‖ M II 16 = P IV : hiat oratio post εἶναι, cf. p. 137 ‖ M II 25 = P V 18: παρακειμένην vox omissa, cf. p. 142 ‖ M II 32 = P V 97 vox λέγει non habet quo referatur; vix enim simul audire licet ἡ παροιμία.[1]) Quae lacunae codicum volgatorum consensu archetypo vindicantur. Frequentiores in sola sunt recensione Athoa. M I 61 τὰ τρία τῶν εἰϲ θάνατον = P VI 11 : duae lacunae, altera post λύϲειϲ, ubi plenius P λ. πρὸ τῆϲ νενομιϲμένηϲ ἡμέραϲ, altera in exitu supplenda ex B 893 M II 63 ἐπὶ ⟨τῶν⟩ τριάκοντα ‖ M I 74 conlato B 897 ἔνιοι corruptum videtur ex ἐν τοῖϲ ⟨Διονυϲίοιϲ⟩ ‖ M I 83 οὐ νυκτιπλοεῖϲ = P V 32 (cf. Hesych. s. v. ἄϲτροιϲ ϲημειοῦϲθαι) sententia flagitat, ut in exitu suppleamus ὡϲ τῆϲ ⟨ἡμέραϲ τῆϲ⟩ νυκτὸϲ οὔϲηϲ ἀϲφαλεϲτέραϲ : cf. Baguet., Chrysippi fr. p. 248, qui cum Schotto rectius iudicat quam Schneidewinus praef. p. VII ‖ M II 28 verbis καὶ ϲπανοπωγώνων (B 400) omissis explicatio a Pogone portu Troezenio repetita minus aperta ‖ M II 47 διὰ τὴν ἐπὶ τὴν * * * ϲωτηριώδη εὐημερίαν: 'quae expedire nequeo' Bergk. lyrr. III p. 623[4] : post alterum τὴν exciderunt verba quibus tempus accuratius definiretur ‖ M II 53 verba ἔτι του aut corrupta (ex Θεαιτήτου conl. P Phot.: cf. app. II) aut lacera ‖ M II 106 καὶ ἡ θεὸϲ αὐτὴ (Nauck.; αὕτη M) τιϲ νομίζεται ἀγείρειν : lacuna ante τιϲ. Excerpentium igitur segnitiem se coniunxisse vides cum transcribentium festinatione atque oscitatione quo saevius recensio Athoa corrumperetur.

§ 3. **Loci sponte mutati et interpolati.** Verum in locis decurtandis et omittendis licentiam non continuerunt recensionis Athoae diasceuasta vel diasceuastae, sed eidem, ut fieri solet, auda-

1) Ut M I 77 D IV 55. Cf. etiam P IV 9 εἶπε VI 39 λέγει (sc. auctor de quo agitur) ex scholiis lexicisve petita.

cissime etiam sententias traditas mutaverunt, notulas adsperserunt, doctrinam aliunde petitam adiecerunt. Ingeniosam diasceuastae Athoi coniecturam invenies II 50 τὴν Ἑλλάδα, ubi recte Τήνελλα B 874 cum explicatione ad verbum consentiente; idem I 75 κινεῖς τὸν Ἀνάγυρον temere videtur deflexisse veriorem Parisini II 55 explicationem. Aliis locis vetustiores sunt hae corruptelae. Librariorum divinationes seu ariolationes habes M III 1, ubi pro ἔθνος Πιερικὸν (cf. conl. V p. 377 M = B 107) in M et P legimus ἔθνος Περσικὸν; M III 13 (= P) ubi pro εἷς τῶν Ἰδαίων Δακτύλων τὴν μητέρα Ῥέαν ὑβρίσας[1]) lepida illa leguntur εἷς τῶν Ἰουδαίων δακτύλω (i. e. δακτύλῳ constanti codicis consuetudine, cf. Fresen. p. 24 adn. 4) τὴν μ. Ρ. ὑ.;[2]) M III 162 insanum hoc lemma εἴ τις περὶ πόλιν αἰγὶς λέγεται (= B 377), quod ortum est conglutinatis proverbio et explicatione, cf. B 177 V I 72 Αἰγὶς περὶ πόλιν· αἰγὶς λέγεται τὸ ἐκ τῶν στεμμάτων δικτύον κτλ.[3]); M I 33 Ἑορτὴ πολλὰς ἔχουσα· ἐπὶ τῶν πολλὰ ἀνατιθεμένων φορτία ἡ παροιμία εἴρηται· ἐπειδὴ οἱ πρὸς τὰς ἑορτὰς ἐπειγόμενοι σκεύη πολλὰ καὶ ἱμάτια καὶ ἱερὰ καὶ ἄρτους ἅμα ἐπιφέρονται ἵνα μὴ τῆς ἑορτῆς ὑστερῶσιν = B 362 ἑορτὴ πολλὰ ἔχουσα· ἐπὶ — φορτία·

---

1) Dubito habeatne B 575 veriorem lectionem; si habet, ex alia conlectione (V) repetiit: id quod statuendum ubicunque ex codicibus volgatis alii cum M L corruptam, alii integram scripturam exhibent.

2) Nempe soli Persae Byzantinis infestissimi et Iudaei (quamquam ei etiam Eusebium praep. ev. X 6 p. 475 οἱ τῶν Ἰουδαίων Δάκτυλοι πρῶτοι ipsumque Tacitum Hist. V 4 videntur delusisse : Lobeck. Aglaoph. p. 1156[a]) diasceuastis noti erant. Ita Συβαρῖται M II 36 P III 92 β (u) littera ut adsolet pro μ habita in B facti sunt Σαμανῖται (cf. B 56 κρῆς pro ἥρως, 245 Βάκυος pro Βάβυος), in A adeo Σαμαρῖται. Simili ratione P III 94 εὔνους ὁ σφάκτης . . . ἀπὸ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως, ὃς Σεμέλην φονεύσας κτλ., ubi scribendum ὃς Σελήνην φονεύσας, pro Selena, quod cognomen est Cleopatrae ab Antigono interfectae, Semela diasceuastae mythologo notior est substituta : qui error manifestus editores adhuc fugit. Ceterum etiam Cicero eo deceptus videtur, si quidem de nat. deor. III 23 quarti Dionysi matrem facit Lunam (Σελήνην), cum in excerptis simillimis Ampelius et Ioannes Lydus melius praebeant Σεμέλην : quo de minus recte Schoemannus ad locum.

3) Gaisfordus in Addendis p. 430 alia ratione rem expedire conatus est, αἰγὶς λέγεται 'correctionem pravae lectionis εἴ τις exprimere' suspicatus [cf. Schoell. p. 54]. Sed praestat haud dubie nostra coniectura.

ἐπειδὴ — ἐπειγόμενοι φορτία πολλὰ ἐπιφέρονται: ubi πολλὰς pro veriore illo sed minus aperto πόδας temere novatum est totusque hoc errore locus infectus integrior servatus C 204.[1])

Sic ubi diasceuastarum librariorumque licentia sibi indulsit, non abest suspicio quin haud pauca etiam de suo temere addiderint, quae nos certis ubique notis cognituros esse vix possumus sperare. Quaedam tamen interpolationes quasi sponte ipsae se produnt. Atque gravissimum indicium sunt notulae illae rubro pleraeque colore depictae marginique adiectae (Warnkross. p. 5): unde turbatos esse conligitur duos potissimum locos: II 16 sq. — ubi diasceuastae sunt verba in Aldina omissa τὰ νομίςματα ςυλᾶν διὰ τοῦτο οὖν (cf. app. I p. 137) —, atque II 103 105 — quamquam de ipso proverbio 105 βοῦς ὁ Μολοττῶν, quod Zenobianis vicinum legitur P II 84 B 240, non est cur dubitemus.[2]) Idem in Laurentiano observabis III (Plut.) 101/102, ubi ad marginem adscriptum est δεῖ τοῦ ςελίνου· ἐπὶ τῶν ἐπιςφαλῶς νοςούντων. Quod cum desideretur in tabula Athoi qui in partibus superstitibus nullum Laurentiani non habet, vix ipsius Zenobii est.[3])

His locis librariorum additamenta facile cognoscuntur et loco quo posita et colore quo scripta sunt. Est autem ubi in ipsa scriptoris verba irruerint vel eis adhaeserint. Velut I 35 in proverbio πυραύςτου μόρος legimus εἴρηται ἐπὶ τῶν ἑαυτῶν

---

1) Ubi haec leguntur: ἑορτὴ πόδας ἔχουςα· ἐπὶ τῶν ἅπαντα πρὸς τὴν ἑορτὴν ἀχθοφορούντων· ἵνα γὰρ μηδενὸς (melius quam M., cf. Suid.) φη ὑςτερῶςιν † ἅμαςις (ἅμα [ςις ex ςκ]? cf. M) ςκεύη ἱερὰ· ἱμάτια οἶνον ἄρτους ξύλα παραρτώμενοι ἐβάδιζον, ὥςτε τοὺς βλέποντας ἐπιφωνεῖν, ἑορτὴ πόδας ἔχουςα. Audire mihi videor poetae comici versus solutos: ⏑–⏑–⏑ ἵνα γὰρ μηδενὸς ‖ ⏑ ὑςτερῶςι ⟨πάνθ⟩ ἅμα ςκεύη ⏑– ‖ ἱερ' ἱμάτι' ἄρτους οἶνον ⟨ἄλφιτα⟩ ξύλα (Cratin. fr. 21 p. 19 K.) ‖ . . . ⏑– ἑορτὴ πόδας ἔχους' ⟨ἐπείγεται⟩ (ex Athoi ἐπειγόμενοι). Similia praebent Epicharm. Θεαροί fr. 58 p. 445 Ahr., Aristoph. Thesm. 309 Ddf, 320 p. 474 K, comicus incertus apud Clem. Alex. Protr. II 154 (Cobet N. Lect. p. 343), versus populares lyrr. Gr. III⁴ p. 669 Bgk. Ex proverbiis huc referenda ἁ κιςςὸς μετ' Ἀνθεςτήρια (Apost., Erasm. III 4, 18, Creuzer l. s. s. p. 313), ἀπιὼν ἐς Ἀπατούρια κτλ. (Apost. III 31), ἑορτῆς κατόπιν ἡδύςματα φέρων (Macar. III 98 Coisl. 203), κατόπιν ἑορτῆς ἥκεις (D V 73), Παναθηναίων κατόπιν (Apost. XIV 6).

2) M II 103 = 64 (in tabula legitur). Cf. supra p. 9 adn. 1.

3) Quamquam interdum librarius quae omiserat in margine adiecit: cf. § 1 p. 45.

(corr. ἑαυτοῖς ex P S Ald.) προξενούντων ἀπώλειαν σκωμματιχήν (i. e. σκωμματικήν, quod praebet S et Ald. col. 146), unde Nauckius p. 378 σκωμματικῶς. Sed σκ. vocabulum in B V P V 79 deest neque similia illa ὑποθετικὴ παραινετικὴ, in quibus multi sunt Byzantini ipsique codd. P B V, usquam in M leguntur (cf. infra cap. III § 1 p. 101). Itaque ortum est ex *nota librarii* qui σκωμματική (sc. παροιμία) in margine adscripserat: de quo genere corruptelarum (γνωμικὸν sim. male intrusa) videnda quae exposuit Cobetus Mnemos. V p. 351.[1]) Non minus aperta interpolatoris fraus est II 39 τὰ ἐπὶ κοσκίνῳ· (lacuna) δύναται ἡ παροιμία καὶ ἐπὶ τῶν [διὰ κοσκίνου] μαντευομένων εἰρῆσθαι <ὡς> καὶ τὰ ἀπὸ τρίποδος (M I 13) καὶ τὰ ἀπὸ δάφνης : ubi delenda sunt verba διὰ κοσκίνου, cf. scholl. Lucian. p. 140 Iac.

Conlatis autem volgatis codicibus talia iam in commune omnium codicum archetypon sese insinuasse interdum possumus demonstrare. I 52 plane aliena illa a lemmate ἡ δὲ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις ἐπὶ τῶν ἀτόπως οἰμώζειν τινὸς λεγόντων (= III 93) ex margine irrepserunt atque (ut δεῖ τοῦ σελίνου l. s. s.) cum proverbio ab eadem littera incipiente ἢ κρίνον ἢ κολοκύντη se coniunxerunt, quod nunc quidem divulsum est ab insequente ὑγιέστερον κρότωνος similem continente sententiam cf. infra § 4, Nauck. p. 379. Iam Ps.-Diog. V 10 ἢ κρίνον ἢ κ. 11 ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις praebet eodem ordine composita : quem consensum vix explicabis nisi ea qua usus sum ratione.[2]) In eundem venit censum M II 27 = P V 53 οὔθ' ὕεται, οὔθ' ἡλιοῦται (vide app. I). ἡ παροιμία εἴρηται ἐπὶ τῶν ἔξω πάσης φροντίδος ἑστώτων, τουτέστιν οὔτε βρέχεται οὔτε ἡλιοβολεῖται. Inania illa τούτεστιν κτλ. a Suida all. iure omissa diasceuastae esse vel ἡλιοβολεῖται vocabulo Byzantino evincitur;[3]) similia interpretamenta suspiciosa saepius adiecta, velut II 82 βοῦς Κύπριος εἶ ... ἴσον τῷ σκατοφάγος εἶ, cf. Ps.-Diog. III 49; II 86 ἁλώνητον ἀνδράποδον· ἴσον τῷ βάρβαρον καὶ εὐτελές, cf. P

1) Ita σχηματικῶς Non. p. 334 in textum se insinuavit, unde Planti 'Scematicus' fabula originem duxit: cf. Ritschelii parerga p. 169.

2) Nauckius quidem l. s. s. ex Diogeniano intellegi dicit quo modo proverbia illa discordantia coniuncta sint. Sed universa quae inter M L et volg. intercedit ratione respecta aliter iudicabis.

3) Rectius dicitur ἀκτινοβολεῖν ἀκτινοβολία: cf. Harpocrat. epist. ined. 'revue de phil.' II p. 76 cum Grauxii nota p. 81.

II 12.[1]) Perinde M II 19 = P II 10 Ἀττικὸς εἰς λιμένα... ἐπὶ τῶν [ἐν τοῖς λιμέσι] τὴν ἀνδρείαν ἐπιδεικνυμένων, verba inepta uncis inclusa (quo de iam Schneidewinus monuit) diasceuastae vetustiori debentur, atque M III 15 = P IV 41 conl. Hes. s. v. τρυσίππιον manifestum tenemus excerptorem eundemque interpolatorem. Sed lepidissimum exemplum invenies M I 73 = B 777, ubi ut <ὦ> Λακιάδαι (codd. Πλακ.) καὶ στειλεαί (= ῥάφανοι conl. Hes. s. v.; corr. Nauck. p. 373, στέλαιον M, στειλεοὶ B) verba ex Posidippi Ἀποκλειομένῃ petita explicentur haec proferuntur: . . . δῆμος δέ ἐστι τῆς Ἀττικῆς οἱ Πλακιάδαι· κἀκεῖ ῥαφανίδες μεγάλαι γίνονται (melius B φύονται δὲ ἐν αὐτοῖς ῥαφανίδες μεγάλαι)· ταύταις δὲ (αἷς B) χρῶνται κατὰ τῶν ληφθέντων μοιχῶν ἐφυβρίζοντες (ἐφ. om. B), εἰ δὲ μὴ παρεῖεν, στελαίῳ τῷ ἐκ τῆς δικέλλης.[2]) Falsa lectione deceptus diasceuasta — nam de Zenobio vel adeo Didymo quis cogitabit? — lepidum illud ῥαφανιδώσεως instrumentum sibi finxit: cf. Nauck. p. 374. Ceterum etiam verba κἀκεῖ . . . γίνονται dubitationem habent, nam Laciadarum pagum *propter solum nomen ominosum*[3]) proverbii locum obtinuisse in aperto est.[4]) Sed

1) Dubitare possis etiam III 16 = P V 67 de verbis καὶ δοκεῖ μετενηνέχθαι ἀπὸ τῶν ταῖς ψήφοις παιζόντων ταῖς λεγομέναις νῦν χώραις . . ., sed verba tradita confirmantur scholiis Plat. p. 402 Bkk. (μετενην.) et Photio p. 97 N. πόλεις παίζειν· τὰς νῦν χώρας καλουμένας κτλ. Itaque Didymi verba fere integra sunt servata.

2) Ex eodem fonte per alios rivulos fluxit B 958 (= Suid. s. v.): ὦ Λακιάδαι . . . καὶ [στελεοῖς δὲ] ἐχρῶντο μὴ παρουσῶν τούτων καὶ ἀλαβάστοις (codd. ἀναβ.; corr. Vales. conl. Paus. apud Eust. p. 1161 fr. 32 p. 36 Rindfl.). Hinc Aristoph. Lysistr. 947 ἀλάβαστος = πέος.

3) Cf. λακκόπρωκτος, -ία, λακοκαταπύγων; Philippidis Λακιάδαι Meinek. com. Gr. I p. 473; fortasse etiam λακωνίζειν, Κυσολάκων huc referenda notione obscena usurpata com. IV p. 642 M. Vid. Phot. I p. 370 sq. N. Eiusdem videntur originis quae de bovibus Cypriis et capris Scyriis (supra p. 55 [1]) narrantur. Cf. etiam p. 59 [2].

4) Quin etiam ipsa illa στειλεά vocis interpretatio apud Hesychium nostroque loco proposita ab ipso ut videtur Didymo oriunda haud scio an explodenda sit. Quid enim si στειλεά et Antiphanis illo loco (Hes. = com. Gr. fr. III p. 62) et nostro Posidippi ad κακέμφατον illud spectat quo cognominatum τρύπημα apud Eupolidem Etym. M. p. 726, 53 στειλεά· τὸ τρῆμα, τοῦ πελέκεως, δι' οὗ τὸ στελεὸν ἐνείρεται . . . καὶ τὸ τρύπημα δέ, ὡς Εὔπολις (II p. 562 M. p. 352 K.)· οὐδὲν κενὸν τρύπημ' <ἂν> ἐν ταῖς οἰκίαις ἂν εὕροις: ad quem locum vide Meinekium.

talia ne ab antiquis quidem interpretibus plane aliena.[1]) Denique in memoriam revoco quattuor illa proverbia in fine conlectionis III conlocata 170—173 M (= 128 129 L; P I 45 II 32 Ps.-D. V 62 : P IV 63, ubi duo loci coniuncti), quae cum iam antea legantur — bis in codicibus volgatis, eisdem fere quibus in M L formis —, veri sane simile quod contendit Warnkrossius p. 11, errore ea adiecta esse a vetustiore diasceuasta. Idem valet in proverbio 119, quo de suo loco exponetur p. 102 [2]).

Verum tamen modeste librarii licentia sua usi esse tibi videbuntur in tribus Zenobii conlectionibus, ubi quintam, quae quam maxime adaptata erat usui Graeculorum, accuratius perlustraveris. Sunt quidem quae integriora in ea sint servata quam in illis;[3]) sed plurima enuntiata ita sunt comparata, ut construi vel intellegi omnino non possint : cf. p. 376 αἱ Οἰδίποδος ἀραί; p. 378 Φρὺξ ἀνήρ; p. 381 μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς;[4]) p. 377 ἀκρὸν λάβε καὶ μέσον ἕξεις, ubi universa

1) Eadem ratione quae de bubus Cypriis stercore vescentibus narrant veteres haud pauci ex poetae comici lusu verborum (Κύπριος: κόπριος) fluxerunt: v. supra p. 55 adn. 1. Similia habes M I 85 II 25 P III 27 (δραχμὴ χαλαζῶσα comici incerti verba IV p. 635 M. [cf. Nicoph. II p. 851 νιφέτω μὲν ἀλφίτοις, ψακαζέτω δ' ἄρτοισιν κτλ.] explicantur inepte ἐπεὶ δὲ ἔπεσε χάλαζα τότε κτλ.), atque frequentissimae sunt personae locutionum obscurarum explicandarum causa populi more fictae, proverbiorum quasi heroes eponymi, velut Χελιδών Mnaseae (FHG III p. 156) B 766 app. pr. IV 63 Phot., Ὅλμος vates M III 154 P III 63, Δάκτυλος homo felicissimus P III 10 (ubi vide Leutsch.), Βύζινος Neptuni si dis placet filius P II 63 (qui βυζίνη παρρησία [ad βύαν vel βύζαν alitem obscenam] proverbio non intellecto ortus et mythologis adhuc imposuit et philologis).

[2) Multo plura proverbia in tertia conlectione Milleriana interpolata esse nuper F. Schoellius demonstrare conatus est l. s. s. p. 44 sqq. Quod quamquam per se minime est incredibile, tamen argumenta quibus usus est v. d. vereor ut satis habeant auctoritatis. Nam vix recte conlatis potissimum codicibus volgatis ubicunque etiam in M L proverbia eodem litterarum ordine sese excipientia invenit, ea in M L ex conlectione in litteras digesta immigrasse contendit, cum ipsi volgati ad conlectionem Athoae simillimam redeant: ut contraria ratione consensus ille explicetur.]

3) Cf. p. 376 Ἀνάγυρον κινεῖς (ubi notanda τὸν τάφον .. κινήσαντες), p. 377 s. Ἀμουσότερος Λειβηθρίων (Πιερικόν, M III 1 Περσικόν), ib. s. Ἕβδομος βοῦς (sola conl. V praebet νῆσσαν, quo expletur lacuna M I 71).

4) In explicatione *λ Ald. col. 120 = S 69 melius praebet ἀγαγόντ' ἴδῃς, quod coniectura assecutus erat Nauck.

explicatio sensu cassa. Ineptam librarii coniecturam habes p. 380 ἅλας ἀπῄτουν, οὐδ' ἀπηροῦντο σκάφας· ἐπὶ τῶν ἄλευρα μὲν ἀπαιτουμένων, ἅλας δὲ μὴ ἔχειν λεγόντων : ubi vitiosa ἅλας scriptura delusus, pro qua ἄμας restituendum esse sensus, litterarum ordo, versus numeri clamant, temere ille detorsit explicationem P I 83 traditam ἐπὶ τῶν ἄλλα μὲν ἀπαιτουμένων, ἄλλα δὲ μὴ ἔχειν ἀρνουμένων.[1]) Neque desunt glossemata vere puerilia, cf. p. 378 ἁλιεὺς πληγεὶς νοῦν οἴσει . . . πληγεὶς δὲ ὑπὸ σκορπίου [ἰχθύος] κτλ.; p. 377 Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι, ubi plena paraphrasis τουτέστιν . . . ἀλλ' ἔσχατοι δηλονότι; p. 381 extr. μήπω μέγ' εἴπῃς κτλ. ubi duae paraphrases confusae et permixtae. Denique p. 381 verba in L S Ald. omissa τί γὰρ αὐτὸν ἔμελλεν ὀνῆσαι τὸ τῆς ἀναβολῆς, εἴπερ ἔμελλε ταὐτὸν καὶ ὕστερον πεπονθέναι ὅπερ καὶ πρότερον, temeraria illa quidem et inconsiderate dicta, ex margine irrepsisse non sine probabilitatis specie censuit Graux l. s. s. p. 234, sed similia iustiore ratione leguntur in scholiis Lucianeis p. 106 Iacobitz.,[2]) unde fluxerunt in Athoum, cf. p. 67.

Quamquam haec levidensia. Maioris autem momenti est, quod inde a. p. 380 extr. τάχ' εἰσόμεθα (corr. — σθα) μάντεων ὑπέρτερον diasceuasta proprio Marte paroemiographi munere videtur functus esse. Ab initio enim Athoi usque ad p. 380 extr. fere 40, vel Laurentiani proverbiis adscitis 60 lemmata leguntur *accuratissime* secundum binas litteras disposita (cf. supra p. 9); nam quae obstare videntur proverbia similitudine inter se coniunguntur et uno ubique lemmate sunt comprehendenda. Deinde post ἀνὴρ δὲ φεύγων inde a τάχ' εἰσόμεθα κτλ. (p. 380 extr.) per octo lemmata *nulla* omnino ordinis litterarum ratio habetur. Ac primum illud ex Sophoclis Antigona 631 repetitum explicatur

| M p. 380 sq. | Schol. Soph. Antig. 631 |
|---|---|
| ἐπὶ τῶν μὴ στοχασμῷ χρωμένων, ἀλλ' αὐτοψεὶ τῶν πραγμάτων γενομένων συνίστορας(?)· προγινώσκει μὲν | ὁ λόγος παροιμιακῶς, ὁπότε μὴ στοχασμῷ χρώμεθα, ἀλλ' αὐτόπται τῶν πραγμάτων γινόμεθα· προγι- |

1) Mirum in modum librarii ineptiis abusus est G. Wolff. Philol. XXVII p. 111: cf. Finckh. ib. XXX p. 427.

2) Τοῦτο οὖν καὶ ὁ Μίκυλλός φησιν· ὅτι ἐφ' ὅσον ὁ θάνατος γίνεται, τί με ὠφελεῖ τὸ ἀποθανεῖν ὕστερον.

| | |
|---|---|
| γὰρ ὁ μάντις, ἀλλὰ στοχασμῷ κέχρηται. Εὑρίσκεται δὲ ⟨καὶ⟩ αὕτη ἡ παροιμία παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ (Ai. 745). εἴπερ τι Κάλχας εὖ φρονῶν μαντεύεται. | γνώσκει μὲν γὰρ ὁ μάντις, ἀλλὰ στοχασμῷ χρῆται κτλ. cf. Schol. Soph. Ai. 746 εἰς παροιμίαν ὁ στίχος παρῆκται ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει (p. 236 Nauck.). |

Diasceuastam scholia exscripsisse in aperto est. Qui sequitur locus Euripideus ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις (Athen. VI p. 270 C et quos indicat Nauck. fr. 887) ex eisdem scholiis Sophocleis ductus videtur, cf. ad Antig. 781.

Subinde scholia Lucianea expilantur nam quae sequuntur proverbia omnia ad Lucianum referri possunt atque explicationes quoque nonnunquam cum scholiis editis quamvis recentibus lacerisque satis apte congruunt.[1]) De μισῶ μνήμονα συμπόταν[2]) cf. Lucian. conv. 3; de Λέρνη κακῶν dial. mar. 6, nav. 27; quin ipsum illud quod sequitur οὐ πάνυ με ἡ τοῦ Κύκλωπος εὐφραίνει δωρεά *non proverbium est, sed ipsius Luciani locus catapl.* 14 *in scholiis pro lemmate exscriptus*;[3]) nam pro proverbio sola Κύκλωπος δωρεά verba fuerunt ἀντὶ τοῦ ἀνωφελῆς interprete Arsenio apud Apostolium X 20 a.[4]) Verum ne ulla remaneat dubitatio, quae sequuntur ex M et scholiis Lucianeis (dial. mort. VI 2) exscribam:

---

1) Haud pauca quod frustra in eis quaeres, non mirum in misera eorum condicione.

2) Duas distinxisse videntur paroemiographi formas, μισῶ μνάμονα (= ἐπίσταθμον) συμπόταν et μ. μνήμονα (memorem) συμπότην: cf. Plut. quaest. conv. 1; μνήμονα συμπόταν defendi vix potest, quamquam habet etiam schol. Od. γ 332.

3) Verba eius sunt: ἄκουσον, ὦ βελτίστη Μοιρῶν. οὐ πάνυ με ἡ τοῦ Κύκλωπος εὐφραίνει δωρεά, τὸ ὑποσχνεῖσθαι, ὅτι πύματον ἐγὼ τὸν Οὖτιν κατέδομαι. Errat Miller ad l. et p. 347. Sequitur explicatio ἐπὶ τῶν δῆθεν δωρουμένων ἀναβολήν τινα καιροῦ (κακοῦ?), εἶτα πάλιν τὰ πρότερον δόξαντα πεποιηκότων. Παρόσον ὁ Κύκλωψ κτλ. Priora illa omnino non inveniuntur in scholl. Luc. p. 106 Iac., ultima alio sermone et breviore exprimuntur. Diasceuasta pleniore scholiorum exemplari usus esse videtur, quamquam haud scio an de suo quaedam et adiecerit et mutaverit, velut lepida illa de quibus modo disputavimus p. 66.

4) Cf. etiam Eustath. ad Od. χ 285 p. 1926 extr. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ τοῦτό σοι ἀντὶ ποδὸς ξεινήϊον, εἰς παροιμίαν ὕστερον ἔπεσεν ἐπὶ τῶν ἀντὶ κακοῦ ἀπολαβόντων κακόν. ἣν δὲ σοφὸς παμμέγας καὶ ἱερὸς ὁ κατάρξας τῆσδε τῆς παροιμίας, ὃς καὶ Κυκλώπειον δωρεὰν ἔφη ὡς ἐκ τῶν κατὰ Κύκλωπα τὴν καὶ ὄψιμον καὶ ὀλεθρίαν κτλ.

| M p. 381 | Schol. Paris. vol. IV p. 68 Iac. = Bachm. an. II p. 338 |
|---|---|
| Ἄμαξα τὸν βοῦν ἐκφέρει (ἕλκει Diog. GCM C Suid.) ἐπὶ τῶν ἐναντία τῶν δεόντων ποιούντων καὶ ὑπερτιθέντων τῶν μειζόνων τὸ ἔλαττον καὶ τὴν τάξιν ἀνατρεπόντων. Ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα. Καὶ αὕτη ὁμοία τῇ ἀνωτέρω παροιμίᾳ ἀναστροφὴν φυσικῶν εἰσηγουμένη παρὰ τὸ προσῆκον πραγμάτων. | ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί, καί, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἐκφέρει. λέγεται ἄμφω ἐπὶ τῶν παρὰ φύσιν ἀνεστραμμένων τὴν τάξιν· οὔτε γὰρ τοῖς ποταμοῖς ἄνω καὶ κατὰ τῶν πηγῶν φέρεσθαι φύσις τὸ ῥεῖθρον . . . . . . ὁμοία δὲ τούτων ἐστὶ καὶ αὕτη· ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα. |

Ultimo hoc loco omnis tollitur dubitatio; nam etiam quae desunt in M ἄνω ποταμῶν κτλ. in exemplari suo diasceuastam legisse vocula καὶ (καὶ αὕτη ὁμοία) arguit inconsulto servata. Unum quod superest μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς fragmentum Sophocleum (596 Nauck.) a Stobaeo, Gregorio Nazianzeno, aliis servatum ex simili fonte promanasse probabile est, licet demonstrare non possim.

Iam inde a p. 382 Ἀδράστεια universa conlectionis forma speciesque iterum mutatur. Sequuntur enim usque ad p. 384 lemmata 23 haud ubique satis accurate disposita;[1]) incipiunt a litteris ᾱ et β̄, terminantur glossa βουκολήσεις. Nonnulla in eis insunt quae proverbia omnino dici non possint, immo γλῶτται vel λέξεις; nec causa huius rei latet, nam excerpta videntur e lexico Suidae vel Suidae simili.[2]) Melioris doctrinae novas reliquias in eis non invenies praeter unum hunc locum satis pretiosum atque uni Erasmo notum:[3]) βουκολήσεις· τὰ ἐπὶ τὸν βοῦν, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον οἱ ὀστρακιζόμενοι μεθίσταντο εἰς † Ἄργιναν, ἔνθα ἦν βοῦς χαλκῆ παμμεγέθης : ubi

1) De dispositione Laurentiani in fine ab Athoi diversa vide Fresen. p. 9 adn. 1. Qui Laurentianum scripsit primum tria lemmata (1 2 4) omisit, deinde in exitu adiecit. Non recte Warnkrossius p. 9 ipsum hunc ordinem habet pro veriore.

2) Fere omnia ad verbum congruentia reperies in Suida lexicisque Bekkeri: quae pleraque diligenter adnotavit ipse Miller. Ad ἄφλαστα pro Eustathio cf. Hesych. s. v. et Bekk. anecd. I p. 471 = Didym. Schm. p. 181, Paus. lex. fr. 91 p. 51 Rindfl., quem vide etiam ad Ἀδράστειαν (fr. 16), ἀρχὴ Σκυρία (fr. 83), βοῦς ἐν αὐλίᾳ (fr. 100).

3) Erasm. Chil. III 10, 80 'Servabis bovem' ‖ 'βουκολήσῃ, id est bubulcus eris. Hoc velut aenigmate significabant exilium. Siquidem

non Αἴγιναν scribendum cum Millero,[1]) sed Μύριναν — spectant enim ad bovis simulacrum aheneum in Myrinae urbis Lemniae foro conditum quo etiam Heniochi com. Gr. fr. vol. III p. 560 M. ὁ βοῦς ὁ χαλκοῦς ἦν ἂν ἑφθὸς δεκάπαλαι referendum esse credo[2]) —, atque subesse videtur veteris comici trimeter ⟨σὺ δὲ⟩ βουκολήσεις τἀπὶ τὸν βοῦν ⟨Λήμνιον⟩, seu potius τὴν βοῦν ⟨Λημνίαν⟩.[3])

Haec cum ita sint, credere non possum, eundem qui magna diligentia doctrinaque ampla plurima illa proverbia ab $\overline{\alpha}$ incipientia usque ad $\overline{\alpha\nu}$ conlegerit atque acumine haud spernendo quae sententia coniuncta essent composuerit, reliqua simili ratione non tractasse, sed festinantem adsuisse misellos illos pannos, alterum neglecto omnino litterarum ordine e scholiis recentissimis, alterum ab $\overline{\alpha\delta}$ incipientem e lexico subreptum. Apage tam inepta. Recensionis Athoae (i. e. codicum ML *λ) archetypon seu potius codicem, ex quo archetypon eius penderet, lacerum fuisse supra exposuimus. Itaque praeter 14 illa secundae conlectionis proverbia, etiam quintae conlectionis (quam integram omnes olim litteras complexam esse iam

---

*qui per Ostracismum eiciebantur in Argivam* (= Ἄργιναν) *exulatum ibant. Ac illic bos erat aeneus insigni magnitudine.* Refertur in Plutarchi collectaneis.'

1) Provocat Miller ad Pseud-Aristodemum Wescheri p. 350 Ἀριστείδης ... ἐξωστρακισμένος ... καὶ ὑπάρχων ἐν Αἰγίνῃ τότε (in pugna Salaminia) συμμαχῶν καὶ αὐτός. Addere poterat Demosthenem exsulem Aeginae versantem. Sed haec nihil ad rem.

2) Cf. Greg. Cypr. I 73 P I 70 M Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός ibique Leutsch. Aheneam fuisse bovem etiam Et. M. s. v. Ἄθως (= Soph. fr. 348 Ddf.), alii tradunt, contra λευκοῦ λίθου B 166 Apost. I 57, ἐκ μαρμάρου Macarius I 46 : Rohde res Lemn. p. 12. Pertinuisse videtur ad religiones Lemnias : vide quae exposuimus in Fleckeis. ann. vol. 123 p. 297 adn. 25 et in encycl. Ersch. et Grub. s. v. 'Kabiren' Sect. II, vol. XXXII p. 21 sq.

3) Λημνίας βοός versus Sophoclei s. s. est exitus. Rem confirmat inlustratque Macar. IV 77 (Hesych.) Ἴμβριος ἢ Λήμνιος· οἱ τὰς δίκας ἀποφεύγοντες Ἀθήνησιν ἐσκήπτοντο ἐν Ἴμβρῳ ἢ ἐν Λήμνῳ εἶναι : ubi vide Leutschii copias, quibus adde Rindfl. Pausan. lex. fr. 229 p. 83 et Schmidt. ad Hesych. s. v. Regiones in quibus degere liceret ostracismo exsulantibus secundum Philochorum ap. Claud. Casil. p. 398 M. = FHG I p. 397 erant πέρα τοῦ Εὐβοίας ἀκρωτηρίου: quae in nostram loci restitutionem aptissime conveniunt.

Miller coniecit p. 345) maxima pars (α̅ν̅ — ω̅) videtur periisse: quod damnum ut aliquo modo reficeret, diasceuasta excerpta illa adiecit, mox autem sive copiis destitutus sive animo exsaturato vano labore destitit.

§ 4. **Ordo proverbiorum.** Misere igitur decurtata corrupta interpolata sunt proverbia Athoa. Atque si certa eorum dispositio investigari non posset, totam conlectionem ab excerptoribus funditus eversam esse confidenter contenderem. Nam hominem aetatis Hadrianeae liberali doctrina politum tam stolidae mentis fuisse, ut plus quadringentorum proverbiorum rudem indigestamque molem lectoribus suis obferret, nullis argumentis adducar ut credam. Itaque nihil antiquius habendum quam ut inquiramus, qua ratione disposita sint proverbia recensionis Athoae.

Atque primum quidem in toto opere, praecipue autem in conlectionibus I et III *alphabetici* quem dicunt ordinis vestigia dispersa facile reperies. Cf. I 7—9 (ε̅), 15—18 (α̅), 37—39 (ο̅); 40—47 (quae hoc ordine decurrunt: α̅ ε̅ ε̅ η̅ κ̅ π̅ τ̅ τ̅), 61—63 (τ̅); II 98—101 (τ̅), 102—104 (γ̅ δ̅ ε̅); III 12—14 (κ̅), 39—41 77—79 (α̅), 114—117 (α̅ β̅ γ̅ ε̅), 126—129/130 (κ̅), 152—154 (ε̅), 160—162 (α̅). Sed haec sola non multum tibi proderunt.[1]) Nam partim casui tribuenda, partim eo videntur explicanda, quod auctor Zenobii interdum conlectionibus vel excerptis usus sit litterarum ordine dispositis. Praeterea, ut vides, pars longe maior operis Zenobiani his indiciis omnino libera est. Praecipua igitur ratio qua ductus sit paroemiographus in disponendis proverbiis longe alia fuerit necesse est.

Maioris momenti videtur, quod persaepe *proverbia se excipiunt aut argumentis aut sententiis inter se cognata.* Cf. M I 5 πρὸς δύο οὐδὲ ὁ Ἡρακλῆς 6 ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, 10 Ὕδραν τέμνεις 11 Ὕλαν κραυγάζειν (et re illa et sensu coniuncta); 16 ἅλις δρυός, 17 ἄλλην δρῦν βαλάνιζε (quae vicina legisse videtur etiam Eustathius ad Il. X 126 p. 1262);

---

1) Eadem fere observavit Schoellius, sed — quod vix probandum — interpolatoribus tribuit, cf. nostra supra p. 65[2]. Ceterum eos solos indicavimus locos, ubi trina proverbia vel etiam plura se excipiunt hoc ordine; bina quoque haud raro invenies (e. g. I 7 10 II 17 III 44 46).

52 ἢ κρίνον ἢ κολοκύντη 53 ὑγιέστερον κρότωνος (cf. Ael. ep. rust. X ὑγιεινότερος . . . . κρότωνος δήπου καὶ κολοκύντης et Phot. Suid. qui eadem coniungunt); proverbio 53 ipsa forma similia sunt 54 πτωχότερος λεβηρίδος ἢ κινδάλου et 55 τρυγόνος λαλίστερος; 69 ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς 70 ὄνου παρακύψεως, quibus accedunt 71 sq. ab animalibus repetita; 73 sq. ad comoediae antiquae cavillationes referenda; II 10—16 a rebus Atheniensium repetita; 17 ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν 18 ὁ Σικελὸς τὴν θάλασσαν (quae coniunguntur etiam scholl. Aristid. III p. 490, cf. nostra app. I p. 139); 24 πάντα λίθον κίνει 25 μὴ κίνει Καμάριναν; 22—25 34—36 38 ex oraculis ducta; 73 sq. ad exercitationes gymnicas spectantia; 84 ὄρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλῆ 85 μελαμπύγῳ (i. e. Herculi) συνέτυχες; III 8 sq. Apollinis oracula; 22 ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον 23 τὸν ἵππον ὁ Σκύθης; 27 Λοκρικὸς βοῦς 28 Μήλωνος Ἡρακλῆς fere gemina (cf. P. Stengel Fleck. ann. vol. 123 [1881] p. 398); 52 Εὐρυβατεύεσθαι 53 σινδαρωνεύεσθαι 54 Σιφνιάζειν (cf. Fresen. p. 56 sq.);[1]) 78 sq. a rebus Atheniensium, 85 sqq. a rebus Ionum Asiae minoris 110 sqq. a Siculorum rebus repetita; 103 Φασηλειτῶν θῦμα 104 Καρικὸν θῦμα; 107 108 ἐπὶ τῶν ἀφώνων; 113 sq. ad res rusticas spectantia; 115 Βάστα Κάρας (cf. Hesych.) 116 γέρρα Νάξια ducta ex anathematis deis oblatis; 118 οὐχ ἵππον ἔκτασαι 120 τίς τρόπος ἵππων (119 suspectum); 163 Εὐρυκλῆς· ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς τινα κακὰ μαντευομένων;[2]) 164 Φώκου ἔρανος· κατὰ τῶν εὐωχίαν συναγόντων ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν κακῷ. Iam quamquam proverbia illa inter se cognata esse ne verbo quidem monetur, tamen haec consilio ita instituta esse, non casu effecta, ipsa exemplorum multitudo evincit. Accedit quod nonnulli loci huc referendi genuinam formam plus minusve integram retinuerunt: cf. I 81, ubi proverbio Οἰνόη τὴν χαράδραν quod excipit 80 ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών adicitur ἰσοδυναμεῖ καὶ αὕτη τῇ πρὸ αὐτῆς; II 37 Κύλλου πήραν· αὕτη

1) Etiam quod sequitur εὑδόντων ἁλιευτικῶν κτλ. cum antecedentibus (nota Σίφνιος ἀρραβών coni. Apul. met. III 20 cum interprett.) cohaerere intelleges, ubi inspexeris B 429 = Phot. p. 223 N. Hesych. cum Cratini versu εὕδοντι πρωκτὸς αἱρεῖ (= fr. 4 p. 12 K.).

2) L καταμαντευομένων: corr. ex scholl. Plat. soph. p. 572 Bkk. Eadem corruptela B 521 ἐπὶ τῶν . . . κατηγορούντων pro κακηγορούντων.

παραπληcία ἐcτὶ τῇ· Ἐμβάλλεται εἰc κύλλην (novum proverbium Nauckianis p. 375 addendum) ἐπεὶ καὶ οἱ αἰτοῦντεc τὴν χεῖρα οὕτω cχηματίζουcι; sim. I 20 Ἐνδυμίωνοc ὕπνον καθεύδειc . . . ὁμοία αὕτη τῇ Ἐπιμενίδειοc ὕπνοc (= Ps.-D. V II 48 49), II 59 (cf. app. II B), III 119 M 82 L.[1]) Itaque de ceteris quoque nulla dubitatio.

His accedunt *proverbia interpretandi vel disputandi ratione coniuncta.* In initio enim primi libri congesta videntur difficillima quaeque, de quibus quam maxime dubitarent auctores longeque diversa sciscerent;[2]) 45 sq. composita in quibus explicandis temporum ratio non est habita a paroemiographis;[3]) 64 ὁ περιφόρητοc Ἀρτέμων 65 Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα refelluntur Demonis explicationes verba magis curantis quam sententiam; 77 duo proverbia coniuncta a Chrysippo falso mutata, quibus quod simillimum est prov. 83 — ubi pro οὐ νυκτὶ πλοεῖc Chrysippum νυκτὶ πλοεῖc scripsisse perhibetur[4]) — nunc quidem quinque proverbiis interpositis ab illo seiungitur.

In reliquis libris simile consilium perraro cognosces. Ex altero huc referenda videntur χαῖρε φίλον φῶc 41 et κακὴ

---

1) Etiam M III 107 ἀκάνθιοc τέττιξ 108 κωφότεροc κίχληc una disputatione coniuncta fuisse P IV 66 indicat, ubi posterius explicatione caret, quae apposita est priori P I 51.

2) Primi proverbii quod est Καδμεία νίκη octo fere inveniuntur explicationes: cf. doctam Leutschii notam ad Greg. Cypr. Leid. II 45 vol. II p. 74 sq. Simile consilium perspicitur in fragmento Marcelli Schneidew. vol. I praef. p. XX sqq., ubi explicantur etiam M I 16 43.

3) Legimus enim 45 = P V 80 postquam versus πάλαι ποτ' ἦcαν ἄλκιμοι Μιλήcιοι explicatio repetita est e rebus a Dareo gestis οὗτοc δὲ ὁ cτίχοc εἴρηται πρότερον παρὰ Ἀνακρέοντι, ὃc ἤκμαcε μάλιcτα κατὰ Κῦρον τὸν Πέρcην· τρίτοc δέ ἐcτιν ἀπὸ Κύρου Δαρεῖοc atque 46 = B 889 τὸ Θεccαλῶν cόφιcμα (aliunde 494 = P IV 29) μέμνηται ταύτηc Εὐριπίδηc . . . ἀπὸ Μένωνοc τοῦ Κύρῳ τῷ νεωτέρῳ cυναναβάντοc . . . Εὐριπίδηc δέ ἐcτι τοῖc χρόνοιc . . . πρεcβύτεροc. Simili ratione poetarum testimoniis utitur auctor Athenaei (Didymus?) IV p. 172 D VI p. 335 E; cf. etiam P IV 97 (e lexico: cf. cap. III § 2 p. 117 sqq.) . . . ἀναβιβάζει δὲ τοὺc χρόνουc.

4) Haud recte Schneidewinus p. VII minus patere dixit cur in eo negationem dempserit Chrysippus; verum vidisse iam Schottum ad P V 32 (cf. Baguet Chrysippi fr. p. 248) nunc cod. M testatur, cf. supra p. 60. Etiam quartum illud exemplum proverbii a Chrysippo mutati, quod in M omissum servavit D VIII 46 (cf. Schneidewin. p. VI), haud scio an ad hanc recensionis Athoae partem referendum sit.

πρόδοcιc 42; spectant enim ad frequens illud proverbiorum genus, quibus praeceptum vel dictum profertur additurque quis ita locutus sit, eo consilio, ut dictum illud aliquid leporis inde accipiat vel adeo in risum vertatur (cf. M. Haupt. ind. lect. Berol. 1868 = opusc. II p. 395 sqq.). Prius illud, de quo acute egit Hauptius[1]) l. s. s. p. 397 sqq., ita fere vide-

1) In paroemiographorum exemplari Hauptiano, quod in bibliothecam societatis Ritschelianae (nunc seminarii philologi Lipsiensis) perlatum est, *notulae* exstant *ipsius Hauptii manu scriptae:* quas per hanc occasionem publici iuris facere haud ab re esse duximus. Atramento igitur adscripsit Hauptius ad vol. I p. XX 12 'male. τινων διαφερόντων insigniorum nonnullorum; αὐτοῖc ἐφηκέναι' (recte refutat coniecturam Schneidewini) ‖ p. XXI 2 'falsa omnia'. ‖ XXIII 1 'εὐcτόχωc ὥcτε?' (quae coniectura aptior est Walziana quamvis facili δημιουργήcαντα τὸ πάχοc ὥcτε 'Heidelb. Jahrbb.' 1842 p. 195) ‖ p. XXIII 2 'καὶ τὸν <κυκλὸν τὸν> ἄνω', ib. 3 'τὰc ῥάβδουc <τὰc> δ. μ. τ.' ‖ Zenob. I 27 p. 9 'Rückert Hamasa 2 S. 185 Hariri S. 7' ‖ II 30 p. 40 'Ambrosius in pr. I § 12 aiunt etiam eorum qui cithara canunt, peritiores intus canere, ut ferunt fabulae de Aspendio citharista' ‖ II 70 p. 51 'ἢ ἔcτω αὐτοῖc τὸ δὴ λεγόμενον βοῦc ἐπὶ γλῶccαν Didymus de trin. 2, 6 p. 187' ‖ III 93 p. 81 ''Αμφαλλάc dicebatur Theophilus Alexandriae episcopus. Palladius de vita Ioannis Chrys. p. 49 Bip.' ‖ IV 35 p. 94 'τῷ Τεριναίῳ Finckhius v. Mein. Steph. Byz. p. 617' ‖ V 11 p. 120 'οὐ μία λόχμη τρέφοιτ' ἂν ἐριθάκουc δύο Gaisf. in indice' (ad not. crit.) ‖ V 18 p. 123 'μὴ κ. κ. ἀκίνητοc γὰρ ἀμείνων Didymus de Trin. 2, 10 p. 237' ‖ V 77 p. 151 not. 'ineptit' (nimirum Sophoclis versu ad proverbium relato) ‖ V 92 p. 157 'Et. Voss. p. 2066 Gaisf.' ‖ Diogen. VII 28 'Isidorus Pelus. Ep. II 109' ‖ VIII 33 p. 311 'Ioannes Geometra Parad. epigr. 96 τὸν Ὕλαν κραυγάζειc ἢ παρὰ θῖνα λαλεῖc' ‖ VIII 45 p. 314 'Amm. Marc. XIV 11 12' (ad not.) 'Titus ep. Bostrenensis contra Manichaeos I 1 καὶ καπνόν, ὥc φαcι, φεύγων ἐμπέπτωκεν εἰc τὸ πῦρ' (ad marg. super.) ‖ app. III 88 p. 433 not. 'Boiss. Not. et extr. v. X p. 292' ‖ V 38 p. 465 'ψάλλων Mein. Herm. III p. 457' ‖ Add. p. 535 ad Zenob. I 30 'fatuatur' ‖ vol. II Diog. Vind. III 54 p. 45 'μεταπεcόντοc ὀcτράκου Galenus t. VIII 570 K' ‖ Greg. Cypr. Mosq. III 17 p. 112 not. 'καὶ ἁπλῶc τῶν ἀέρα τυπτόντων οὐδὲν διαφέρειν ἔδοξαc Didymus de Trin. 2, 6 p. 217' ‖ Macar. VIII 42 p. 220 cf. ad Diog. VIII 45, add. 'Canis. Byz. t. 1 p. 60' ‖ Apost. II 23 p. 271 'Ael. ep. 13 p. 180, 20 Herch.' ‖ V 22ª p. 337 'Seneca ep. 15, 3 copia ciborum subtilitas impeditur' ‖ VII 20 p. 401 'μετακέχηνεν Mayor Iourn. of Philology IV (1822) p. 320' ‖ XV 34 'Wesseling itiner. p. 600' ‖ — Praeterea stilo cerussato vol. I p. 29 Zenob. I 87 scriptum invenitur '[ἀλλ'] αὐτὸc ἐπρίατ' ἐξίων' (qua coniectura versus optime restituitur), ib. p. 278 Diog. VI 55 'παῦρα' pro πάντα. Minuta quaedam omisi.

tur restituendum: 'χαῖρε φίλον φῶς' (est Pindari fr. 34 p. 295 Bgk., cf. Euripid. Iphig. Aul. 1509) γραῦς εἶπε θέλουσα ἀκολασταίνειν γυμνή, ἵνα μὴ τὴν ῥάκωσιν τοῦ σώματος ἐλέγξῃ τὸν λύχνον ἀποσβέσασα. Alterum κακὴ πρόδοσις· ἐπὶ τῶν ἐρωμένων λέγεται τῶν μετὰ τὴν μίξιν τὸν συγκείμενον μὴ (οὐ S Ald. 101) κομιζομένων μισθόν (= Ps.-D. V 74) Hauptii diligentiam fugit; verum in aperto est, vocem πρόδοσις[1]) primitus *proditionem* significare atque additamento illo antecedentis simillimo sententiam accipere longe diversam, de qua consule Meinekium com. Gr. II p. 415 et Graux. p. 233. Neque huic additamento in paroemiographorum usu loquendi suum *epilogi* nomen deerat: id quod demonstravit Hauptius l. s. s. ductus loco Hesychiano a Bernhardyo male intellecto s. αὐτὸ δείξει (= Greg. Cypr. Leid. II 92) παροιμία ἔξω τοῦ ἐπιλόγου λεγομένη, ἧς μνημονεύει καὶ Πλάτων; cf. etiam scholl. Plat. Theaet. p. 366 Bkk. et doctius illud quod fugit Hauptium Hipp. p. 393 Bkk. 325 H., ubi notanda τῶν γὰρ παροιμιῶν αἱ μὲν καθ' αὑτὰς λέγονται, αἱ δὲ ἐπὶ λόγων (scr. ἐπιλόγῳ) σαφηνίζονται. Cum tali disputatione non dubito quin plura eius generis proverbia hoc loco exciderint, quae multo quam Hauptius opinatur p. 395 frequentiora inveniuntur apud antiquos, sed forma plerumque nimis corrupta, cum pro explicatione epilogum habere soleant librarii vel paroemiographi recentiores. Itaque huc potest referri Diog. VI 71 'μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ' (= κακὸν ἐπὶ κακῷ: P V 69: cf. Rohde, 'gr. Rom.' p. 161 adn.) ἀνθρακεὺς <ἔλεγεν> ἐμπιπράμενος ἐν τῇ καμίνῳ [τοῦτο λέγει] et quod corruptum exstat C 240 (app. III 2), integrius in Phrynicho Bekkeri Anecd. I 9 (cf. Macar. II 10) ἀγαθῶν ἀγαθίδες· γραῦς ἀγαθίδας ἀποδομένη κρόκης ἐπρίατο οἶνον, κᾆπειθ' ὑποπίνουσα ἔλεγεν 'ἀγαθῶν ἀγαθίδες', οἷον ἀγαθῶν πλῆθος καὶ σωρός κτλ.; cui quod accedit in C ἡ γραῦς τὸ ἄροτρον † ἐκπίνουσά φησι· 'οἷα κακὰ τὴν γῆν ἀναστρέφει' quamvis lacerum et subobscurum,[2]) tamen haud dubie eiusdem est generis, nam verba οἷα κακὰ κτλ. a

1) Πρόσοδος habet Apostolius IX 47: quae coniectura eius videtur, nam locum negatione omissa vix intellegendum in Diogeniano suo legit.

2) Locum ita fere refingere possis: ἡ γραῦς τὸ ἄροτρον <ἀποδομένη καὶ τὸν ὦνον> ἐκπίνουσα κτλ.

tragico vel iambographo adsumpta[1]) eis quae antecedunt ad ridiculum argumentum detorqueri manifestum est.[2]) Similia invenies Coisl. 173 (app. II 45) 241 (app. III 5) 336 (app. III 90), Greg. Cypr. Pant. II 52, Macar. III 48 VI 81 86 VII 75[3]) 90.

Atque etiam tertiae conlectioni ceteroqui ad rationes longe diversas dispositae uno saltem loco similis disputatio inclusa videtur III 148 sqq. = Plut. II 8 sqq. Intercedit enim inter proverbia illa — id quod ex ipsis verbis traditis ὥςπερ τὸν ἀληλεςμένον βίον οἱ μὲν . . . προςεδέξαντο, οἱ δὲ . . . conligere licet — ea similitudo, quod ad sententias fere contrarias relata sunt a scriptoribus: 148 τὸν ἐν Cάμῳ κομήτην alii adhibuerunt ἐπὶ τῶν αἱρουμένων ἀνταγωνίςτας . . . κρείττονας ἢ προςεδόκηςαν, alii ἐπὶ τῶν οὐδὲν χάριεν λεγόντων (Ps.-D. IV 58); τὸν ἀληλεςμένον βίον alii ἐπὶ τῶν πλάνητι[4]) βίῳ χρωμένων, alii ἐπὶ τῶν ἀταλαιπώρως βιούντων, 149 εἴ τι κακὸν εἰς Πύῤῥαν vel

1) Cf. v. c. Simonides Amorg. fr. I 20 sq. Fortasse talis fere fuit versus: ⏑ οἷα ⟨δὴ⟩ τὴν γῆν ἀναςτρέφει κακά.

2) Haud scio an haec ex parte e comoediis fluxerint; certe Aristophanis ὦ ςκαιὲ κἀπαίδευτε Θεογένης ἔφη ‖ τῷ κοπρολόγῳ (Vespp. 1183) iure huc rettulit Hauptius p. 399. Praeterea quae leguntur s. χαῖρε φίλον φῶς intima cognatione attingunt lepidas Aristophanis facetias Plut. 1045—1095, ubi inprimis notandi vv. 1050 sqq. ΝΕ. ὦ ποντοπόςειδον καὶ θεοὶ πρεςβυτικοί, ‖ ἐν τῷ προςώπῳ τῶν ῥυτίδων ὅςας ἔχει ‖ ΓΡ. ἃ ἃ ‖ τὴν δᾷδα μή μοι πρόςφερ' κτλ. et 1065 ὄψει κατάδηλα τοῦ προςώπου τὰ ῥάκη (cf. Zenobii τὴν τοῦ ςώματος ῥάκωςιν). Item statim quae insequuntur vv. 1074 sq. εἶναί ς' ὑβριςτήν φηςι καὶ λέγειν ὅτι ‖ πάλαι ποτ' ἦςαν ἄλκιμοι Μιλήςιοι facili negotio eadem ratione adhiberi poterant.

3) Cοφὸν ὁ βοῦς, ἔφαςκε δ' ἀςτράβην ἰδών· οὐ προςήκειν αὐτῷ τὸ ςκεῦος· unde conl. Babr. fab. 55 bene explicatur Quintil. V 11, 21 'non nostrum' inquit 'onus' bos clitellas (sc. videns).

4) Graux p. 237, cui adstipulatur Warnkr. p. 8, ex S Ald. restituendum censuit βαλανίτῃ (βαλάνητι Warnkr., errore). Sed haec ex Suida compilator repetiit, ubi eadem leguntur s. v. ἀληλεςμένος βίος. Eustathius autem, ad quem provocat Warnkrossius, tantum abest ut ineptae illi scripturae — licet etiam Leutschio vol. II p. 95 probatae — faveat ut adversetur potius; dicit enim ad Od. τ 166 p. 1859 = Il. X 126 p. 1262 εἰς δὲ τὸ ἀπὸ δρυὸς εἶναι προςενθυμητέον ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ τὸν . . . βαλανίτην βίον (cf. βίον ἀκανθώδη), ὃς ὕςτερον ἐξ . . . εὑρέςεως ἀλετοῦ ἐξήνεγκε παροιμίαν τὴν, ἀληλεςμένον βίον ζῆ. Sed tali loco male intellecto error ortus est [cf. Schoell. p. 52].

πυρὰν aut de Pyrrha urbe aut de rogo (quae explicatio codicum P F H IV 2 lectione εἰς πυρὰν suppeditatur a Gottingensibus non recte oppressa); 150 μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν aut de arte musica corrupta (B 596 ad P V 9) aut a musico optimo Terpandro ἐπὶ τοῖς (scr. τῶν) τὰ δεύτερα φερομένοις (scr. -ων); similia 151 152 conlato P III 65, 153 conl. B 374 P IV 1, 154 conl. P III 63. Quae quamquam nunc quidem in loco tam lacero coniectura tantum assequi possumus, confirmamur tamen simillima Eustathii[1]) disputatione Od. χ 285 p. 1927, ubi in nostram rem faciunt τὸ δὲ καὶ δυάζειν τὰς παροιμίας ἄλλη τὶς αὐτὸ δεξιὰ μέθοδος δηλωθεῖσα ἀλλαχοῦ: cf. ad Il. Χ 126 p. 1262 καὶ ὅρα ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, ὡς αἱ παροιμίαι πρὸς διαφόρους ἐννοίας ἀμέμπτως ἔστιν ὅτε στρέφονται κτλ., ad Il. Β 851 p. 361 ἔστι δὲ καὶ ἕτερα μυρία οὕτω εὑρεῖν καὶ εἰπεῖν παρεστραμμένα· καὶ γοῦν Καδμείαν νίκην οἱ μὲν ἄλλοι οὐκ ἐπαινοῦντές φασι τὴν ἀκάρπωτον γὰρ καὶ ἀκερδῆ . . . Ἀῤῥιανὸς δὲ (ἐν τοῖς Βιθυνιακοῖς: p. 490 374) τὴν μεγάλην κτλ.[2])

Neque tamen, si codici M fides est habenda, argumentorum illa similitudo sola est ratio qua ductus sit Zenobius vel auctor eius in proverbiis disponendis. Nam in altera potissimum conlectione haec rarissima sunt atque haud pauca proverbia plane gemella magnis intervallis disiunguntur: cf. II 61 ἀκαρπότερος ἀγρίππου, II 90 ἀκαρπότερος Ἀδώνιδος κήπων; II 77 ἁρπαγὰ τὰ Κιννάρου, III 112 M 78 L ἁρπαγὰ Κοτυττίοις; I 80 ὁ Καρπάθιος τὸν λαγών II 30 δὶς τὴν μάχαιραν; III 51 M ὥσπερ Χαλκιδικὴ τέτοκεν κτλ., III 121 M 84 L Χαλκιδίζειν. Omnino autem quamvis minutarum quarundam particularum contextum cognovimus, tamen quod fere in toto opere disponendo

1) Eustathii copias paroemiographicas per varios auctores (Pausaniam, Aelium Dionysium, Suetonium, Erennium Philonem) ad ipsos Zenobii fontes redire manifestum est; haud pauca autem — praecipue quae ad proverbiorum explicandorum et excogitandorum rationes spectant — multo integriora servavit, quam nostri paroemiographi. Quae si quis cum cura tractabit, non dubito quin fructum laboris perquam laetum percepturus sit.

2) Casuine tribuendum sit an consilio quod III 42 εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα 44 συμβαλούμενος composita inveniuntur proverbia quaedam κατ' ἔλλειψιν εἰρημένα dubitare possis: cf. B 443 (αὕτη κατ' ἀποκοπὴν . . .) 856 (κατ' ἔλλειψιν καὶ αὕτη . . .).

consilium paroemiographus secutus sit ne coniectura quidem augurari adhuc licuit.

Verum altera et tertia conlectione diligentius examinata pulchre res procedent. Perlege 28 priora conlectionis II proverbia infra in appendice exscripta, cum ex Milleri conlatione naturam eorum haud facile perspicias. Invenies ea inter se esse ὁμοιότερα cύκων, a ceteris autem plerisque plurimum differre et lingua et argumentis et explicandi ratione, quae hominis sunt in mythis rebus gestis (7 8 23, 4 6 13 sq. 20 sq. 24), fabellis ostentis (5 9 sq. 16 18 26, 22 25 27), moribus institutis (1 sqq. 11 12 15 17 19 28) describendis versati. In singulis autem locis — perpaucos a diasceuasta misere mutilatos (10 15 17 19 27 sq.) si exceperis — ipsi lemmati adiecta est verbosa narratio vel enarratio, in qua certas quasdam formulas quasi ex lege iterari facile observabis, in primis ὥc φαcιν (3 4 5 7 16 18 24 26), εἴ ποτε, δέ ποτε (1 7 4), θαυμάcαc δέ, ἀκούcαc δὲ (4 5). Enarrationes excipere solent explicationes et ipsae simillima pleraeque ratione conformatae, velut ἐπὶ τοίνυν τῶν ... habes 2 12, ἡ τοίνυν ... 8; ὅθεν ἐπὶ ... εἴρηται 1 13, ὅθεν ἐπὶ ... ἐκράτηcεν 3 20 21 24, ὅθεν ... καλεῖcθαι 7. Praeterea notandum, dimidiam fere proverbiorum partem ad res Atheniensium referri (2 4 6—10 16 19 20). Iam a quo haec repetita sint non traditur nisi quinque locis 6 7 12 16 22, qui aut in MPB aut in aliis fontibus *eidem omnes Demoni tribuuntur*, a quo praeter proverbiorum libros Atthidem conscriptam esse notum est: itaque quin tota haec series historicum olens praecipueque ad Atticas res spectans ab eo profecta sit procul dubio videtur. Tenemus igitur in initio libri alterius *amplum fragmentum librorum* περὶ παροιμιῶν *a Demone conscriptorum*, quos inter primarios epitomes fuisse fontes demonstrare conati sumus infra app. I.

Iam farraginem turbatam quae excerptis Demonianis adhaesit (cf. app. I p. 143) transilientes age inspiciamus proverbia 45—65, quae item, cum ex Milleri excerptis quid rei sit vix cognoscere possis, huic disputationi subiungi e re esse duximus (app. II). Facili negotio senties, maxime illa esse diversa et ab eis quae antecedunt et ab eis quae sequuntur. Sunt enim grammatici, qui proverbia inlustrabat et quae e poetis ducta

(exc. A 45—58) et quae κατὰ γλῶτταν εἰρημένα viderentu[r] (exc. B 59—65). In priore genere, quod more nostratium ἔπεα πτερόεντα appellare possis, tragicorum potissimum poetarum versus composuit a comicis ad argumentum ridiculum detortos (46—49 51), nec sine causa, nam ea ipsa re volgato[s] illos fuisse populoque tritos efficitur.[1]) Dispositi autem sun[t] summa diligentia, nam 45—48 κομμάτια sunt, versuum iambicorum frustula,[2]) sequuntur 49—56 (excepto 50 mutilato) trimetri integri, ultimum locum 57 58 obtinent duo proverbi[a] dactylica, prius κομμάτιον, posterius hexameter plenus.[3]) Similis discriptionis vestigia in altera parte Attica potissimum et Laconica proverbia continente vix odoraberis, siquidem 5[9] Πλάτων 61 Λάκωνες 62 Ἀττικοὶ 63 Ἀθηναῖοι 64 Δωριεῖς teste[s] excitantur in glossarum interpretamentis quae ipsum lemma solent excipere.[4])

Ceterum hoc fragmentum cum Byzantinorum animos lepidis fabellis non delectaret, perquam ab eis videtur diminutum decurtatumque. Quae fortasse causa est, cur expressa auctoris vestigia frustra in eo quaeras. Quamquam quasi sponte se obfert coniectura de *Aristophane Byzantio*, qui proverbia com-

1) Similis disputationis frustulum Helladius servavit apud Photium bibl. p. 530ᵃ B. 865 Hoeschel.: ὅτι ὁ στίχος ὁ παροιμιαζόμενος ʻὅρκους ἐγὼ γυναικῶν εἰς ὕδωρ γράφωʼ (cf. Macar. VI 48, vol. II p. 194 = Phryn. Bk. p. 55, 17) ἐστὶ μὲν Σοφοκλέους (fr. 694 Ddf.), τοῦτον δὲ παρῳδήσας ὁ Φιλωνίδης (fr. 7 p. 256 K.) ἔφη· ʻὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφωʼ· οἱ δὲ τὰς γυναῖκας σκώπτοντές φασιν· ὅρκους ἐγὼ γυναικῶν εἰς οἶκτον γράφω (scr. γυναικὸς et οἶνον cum Athen. X p. 441 E, ubi Xenarcho comico versus vindicatur). Quae ex Didymi libris περὶ παροιμιῶν fluxerunt paullo ante ab Helladio laudatis. De usu parodiae in primis consulendi W. Ribbeck app. ad Aristoph. Acharn. p. 267 sqq. 323 et W. G. Rutherford ʻthe new Phrynichusʼ p. 36—47.

2) Nota 45 κομματικῶς τοῦτο . . . εἵλκυσται, 46 ἰαμβείου μέρος, 47 τοῦτο τὸ κομμάτιον. Eadem ratione Phot. I p. 305 N. κακὴ μὲν ὄψις· κόμμα· παροιμία· κακὴ μὲν ὄψις ἐν δὲ δείλαιαι φρένες· Μένανδρος Σικυωνίῳ.

3) Nota τοῦτο (sc. ἰαμβεῖον vel κομμάτιον) 50—55 57 substitui pro αὕτη (sc. παροιμία) sollemni; 47 τοῦτο τὸ κομμάτιον . . . εἰς παροιμίαν περιέστη; 49 ὁ στίχος δέ ἐστι Χαιρήμονος.

4) Nota εἴρηται δὲ κατὰ γλῶτταν 59, λέγουσι = appellant 60, eodem sensu καλοῦσι 61—64.

posuit et ἔμμετρα maximam partem e poetis repetita[1]) et ἄμετρα, in quibus glossarum explicationi locum relictum esse fr. XIII p. 241 N. arguit (= A : B); adde quod λέξεις Ἀττικὰς conlegit (p. 181) et γλώσσας Λακωνικὰς (p. 182) — cf. excerpti nostri 62 63, 61 64 —[2]), atque quod cum cura exposuit de poetarum κλοπαῖς p. 280,[3]) quo de adversante Didymo agitur in prov. 52. Iam paullo ante in proverbio ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος[4]) 38 (cf. P I 54:... ἢ ἐπὶ τοῦ πολλὰ ἰδόντος καὶ πολλὰ ἀκούσαντος, ὡς Ἀριστοφάνης φησίν : fr. VII p. 239 N.) *nomen eius servatum est in P*, atque restituendum fortasse est in ipsis his excerptis 50 τήνελλα· τοῦτο συμβολικόν ἐστι· φησὶ δὲ Ἀριστείδης Ἀρχιλόχου εἶναι κτλ.; nam haec bene conveniunt Aristophanis studiis Archilocheis, aliena videntur ab Aristidis indole qualem ex ceteris fragmentis cognoscimus argumenta historica continentibus ut Demoniana; Aristophanem Aristidem Aristotelem all. nomina saepissime confusa esse post Bastium comm. pal. p. 798 et Frommelium ad scholl. Aristid. p. 192 Nauckius docuit p. 293 229 240 (adde Schneidew. ad P VI 5 et Warnkr. p. 37 not. : Aristoteles et Aristides), frequentesque in paroemiographis tales sunt errores, cf. praeter exempla § 3 p. 61[2] prolata B 207 (Anaxandrides vel Alexander pro Alexandride: FHG III p. 106) M III 9 = P VI 14, (Aeschylus pro Sophocle.[5]) Accedit quod ex Aristophane — cui quantum Didymus tribuerit facile intelleges ex Schmidtii libro — per Didymum haud dubie multa fluxerunt in penum Zenobianum; itaque cum in toto opere nulli alii loco similia eius vestigia

---

1) Nostrum anonymum audire tibi videberis Aristoph. Byz. fr. II p. 236 N. εἴπερ τι Κάλχας κτλ.· εἰς παροιμίαν ὁ στίχος παρῆκται: cf. p. 78[3].

2) De Atticis vix recte dubitavit Rohde de Pollucis fontt. p. 16.

3) Nota est docta de furtis poetarum disputatio a Clemente Alexandrino servata Stromat. VI p. 738. E recentioribus praeter Nauckium cf. Lobeck. Aglaoph. p. 592, Meinek. com. vol. IV app. II, Dilthey de Callim. Cydippa p. 109, Bergk. 'gr. Lit.-Gesch.' p. 169[34].

4) Ad ἀμέτρους rettulit Nauckius cum Schneidewino p. X, sed iambicos numeros mihi videor subaudire.

5) Etiam Ἀριστόξενος nomen II 51 dubium et (cf. Schneidewinum ad P. II 85), nam scholl. Arist. Rann. 1400 Ἀρίσταρχος exhibet in loco plane gemello: unde si quis iterum coniecturam faciet de Aristophane non equidem refragabor. Adde not. P I 57.

impressa videantur,[1]) etiam hinc coniectura nostra habet commendationem.[2]) Sed haec in medio relinquenda: acquiescere possumus in eo, quod *excerpta Demoniana fragmentum excipit ex opere grammatico* cum cura disposito repetitum.

Quae sequuntur male sunt turbata neque commode tractari poterunt, nisi plenam recensionis Athoae editionem nactus eris omnibus subsidiis instructam. Neque in prima conlectione, cuius maximam partem ad aliarum rationum normam dirigi supra vidimus, similes excerptorum series invenies nisi *Chrysippea* quaedam in exitu 83 οὐ νυκτὶ πλοεῖς = Chrysipp. fr. conl. Baguet. p. 248 (P V 32), 85 αἶξ Σκυρία = Chrysipp. Bag. p. 247 (P II 18); sequitur μανία δ' οὐ πᾶσιν ὁμοία cum loco Platonico, deinde λύκου πτερά explicatione subobscura praeditum, quorum neutrum a Chrysippi indole alienum est; agmen claudit δοῖδυξ αὔξει = Chrysipp. Bag. p. 248 (P III 40).[3]) Praeterea 43 sqq. *Demoni* vindicavimus p. 147.

Verum longe plurimum valent hae rationes in tertia conlectione. Nam unam illam particulam supra tractatam 148—154 M = Plut. (L) II 8—14[4]) exitumque turbatum si exceperis *tota confecta est singulis scriptorum classibus singulis-*

---

1) Non citatur nisi III 154 = P III 63 (quod non repetitum esse ex opere περὶ παροιμιῶν, sed ex commentariis Homericis, infra patebit p. 91[1]); nam III 136 (fr. VI p. 238 N.) ad comicum referendum est, cf. p. 88[1].

2) Nomen eius non saepius legi haud mirum est, si primarium eum huius particulae auctorem esse statuimus; etiam Demo in excerptis multo largioribus non citatur in M P nisi bis terve. Neque obstat, quod operis περὶ παροιμιῶν fragmenta aliunde nota hoc loco non invenies praeter vicinum illud 38 = fr. VII; certa enim non habemus nisi quinque vel sex (IX ad Aristotelem, III V VI ad comicum, VIII X XIII ad alia grammatici opera referenda, nam minus recte Apostolii auctoritate abusus est Nauckius) eaque excepto XII (= III 166) pertinentia ad proverbia in M desiderata. Perpauca hoc fragmentum communia habet cum Coisliniano: cuius farraginis 'auctorem' usurpasse 'quae ab Aristophane docte commentata erant' coniecit quidem Schneidewinus p. XXXIII nullo argumento usus, sed nemo credet copiarum Coislinianarum indole examinata.

3) Antecedunt duo proverbia Chrysippea 77 a continuo hoc agmine quinque interpositis seiuncta, quorum enarrationes partim aliunde repetitae sunt, partim incertae sunt originis.

4) In eis quae sequuntur Laurentiani numeros Athois cancellis saeptos adiciam.

*que scriptoribus excerptis* proverbiisque hoc solo ordine dispositis.[1])

Duae eius sunt partes. Prior, quacum alterius libri finis tota indole coniunctus videtur, ab initio porrigitur ad proverbium 106 (75), excerpta continens ex *philosophis* et *historicis* aetatis Alexandri Alexandrinaeque repetita adspersis hic illic poetarum testimoniis;[2]) posterior a proverbio 107 M pertinet usque ad finem, fere tota[3]) composita *locis poetarum* praecipue comicorum.

In priore primum locum obtinent *Aristoteles*[4]) *eiusque asseclae peripatetici.* Ipsum prov. 1 teste Athoo Aristotelis est ex Methonaeorum politia[5]), neque casui tribuendum, quod in con-

1) Haud pauca eorum quae sequuntur etiam F. Schoellius sagaciter observavit l. s. s. p. 48 sqq., alia eum fugerunt (velut Aristotelica), cum Athoi fidem minoris penderet. Ego intacta mea reliqui qualia conscripseram ante commentationem eius editam consultamque; quae addenda viderentur cancellis saepta in adnotationibus subscripsi.

2) Pauca sunt quae ad comoediam spectent, velut 33 (28) ὕδωρ παραῤῥέει· ⟨τάττεται⟩ (P) ἐπὶ τῶν ἐκ παντὸς ἔργου ἐπαγγελλομένων καταπράξασθαι τὸ προκείμενον· μετῆκται (scr. μετενήνεκται cum P) δὲ ἀπὸ τῶν ὑπὸ σπουδῆς εἰς ῥέοντα πλοῖα ἐμβαινόντων (εἰσβ. P) καὶ παραβαλλομένων τῷ κινδύνῳ ⟨μέμνηται αὐτῆς Κρατῖνος ἐν Δραπέτισιν⟩ (add. P) : quae non recte tentavit Kockius Cratin. fr. 60 p. 31, cum Athenienses tam timidos fuisse negat ut navigia mari agitata (ῥέοντα?) conscendere vererentur: nam ῥέοντα sunt navigia quassata fissaque, cf. M III 58 = D VIII 31 B 885 τὸ Μηλιακὸν πλοῖον, ubi nota· ἐπὶ τῶν ἄγαν ῥεόντων πλοίων et τὰ πλοῖα ῥεῖν, atque Zenob. P I 75 ἄλλην μὲν ἐξηντλοῦμεν ἡ δ' ἐπεισρέει ... ἐπειδὰν γὰρ τῆς νεὼς ῥεούσης ἐξαντλῶσι τὸ ... ὕδωρ καὶ πλέον εἰσρέῃ: unde Cratino restitues ⟨κἂν⟩ ὕδωρ παραῤῥέῃ vel παρ⟨εισ⟩ρέῃ [cf. Morus apud Schoellium p. 50[4]].

3) Exceptis nimirum 148 (II 8) sqq. (cf. supra p. 75 80), ubi Clearchus Aristoteles Dicaearchus Asclepiades Duris citantur.

4) Περὶ παροιμιῶν librum singularem Aristotelem conscripsisse, etiam nunc ponere solent (Volkmann. in Munk. hist. litt. Gr. II[3] p. 381 Athenaei p. 60 D loco abusus, Nicolai hist. litt. Gr. II p. 4, 508; Sauppe 'Gött. gel. Anz.' 1879 p. 1569, Rindfl. Paus. p. 18, Warnkr. p. 1). Secus iudicavit V. Rose Aristot. Pseudep. p. 536 et de Aristot. p. 51 (cf. Bergk. lyrr. Gr. III[4] p. 278), cui utique adstipulandum, nam quaecunque ab Aristotele repetuntur ad proverbia explicanda pertinentia ad alios libros, in primis politias, spectant.

5) Hinc Grashofii refellitur coniectura Athen. VI 27 p. 235 E pro Μεθωναίων ignota notam Ἀθηναίων politiam substituentis (fr. 89 p. 457 R).

lectionis II fine *duo* eius loci antecedunt 107 adhuc ignotus ex Delphorum politia, 108 ex Samiorum fr. 188 p. 521 R. Deinde loci Aristotelis adspersi sunt copiis aliunde repetitis: 10 (8) ex libro περὶ ζῴων (fr. 83 p. 307 R.), 14 (12) ex Corcyraeorum (fr. 128 p. 478), 47 ex Samiorum politia (fr. 185 p. 520 R.). Denique inde a 52 ad 61 densissimo ingrediuntur agmine. Nam 52 ad Aristotelis librum περὶ δικαιοσύνης pertinet (fr. 3 p. 90 R.) atque quae insequuntur 53—55 arto sententiarum vinculo cum illo coniuncta esse supra vidimus, quamquam hinc nihil aliud sequitur, nisi ab uno lemmate ea olim pependisse. Sequitur 56 τὸ Ἡσιόδειον γῆρας = Orchom. polit. fr. 178 p. 505, 57 Κυθνώλης (P IV 83 Suid. Hes.) = Cythn. polit. fr. 138 p. 483,[1]) 58 τὸ Μηλιακὸν πλοῖον = Mel. polit. fr. 167 p. 500, 59 τῶν φιλτάτων τὰ φίλτατα ib. fr. 166 p. 500, 60 Βοῦθος περιφοιτᾷ (cf. Hes. s. v.) = Pythionic. fr. 2 p. 548, 61 Λιμοδωριεῖς Aristotelis nomine non inscriptum, sed haud dubie referendum ad Rhodiorum politiam fr. 182 p. 514.[2]) Hinc paullatim rarescunt Aristotelica, inveniuntur tamen, velut 67 repetitum est ex Aristot. polit. VIII 6, 1, 71 (43) est Lacon. polit. fr. 157 p. 494 R., 72 (44) ad Argivorum politiam (p. 462 R.) referendum videtur, 75 (47) est Theban. polit. fr. 118 p. 473 R.

Haud magnae in hac conlectione eorum sunt partes, qui post Aristotelem philosophiae ipsius studia foverunt: ad *Theophrastum* certo indicio conlato Parisino vicina illa referuntur 29 (25) Θεὸς ἡ Ἀναίδεια (ex libris περὶ νόμων), 30 (26) κάκιον Βάβυς αὐλεῖ (ex libro περὶ ἐνθουσιασμοῦ), *Chrysippum* stoicum, περιπάτῳ illum proximum, in prov. 4 (3) sq. habes teste ipso Athoo.

Laetiorem paroemiographo materiam praebuerunt qui historica Aristotelis studia persecuti sunt, in primis *Clearchus*

---

1) Haec ex *Didymi* penu deprompta esse, iure contendit Roseus l. s. s., ut saepius.

2) Hes. s. v. Λιμοδωριεῖς fragmento Aristotelico addit Didymum Aristoteli adversantem: Δίδυμος δὲ τοὺς περὶ τὴν Οἴτην οἰκοῦντας οὕτω λέγεσθαι κτλ., cf. post alios Iungbl. p. 25. [Vides igitur ipsam locorum naturam Schoellii sententiae obluctari, qui M III 50 56 58 59 a $\overline{\tau}$ incipientia interpolata esse contendit p. 44.]

Solensis, qui non modo in opere περὶ παροιμιῶν in conlectionibus I II saepissime adhibito sed etiam in βίων libris magistrum secutus proverbia sedulo tractavit. Amplissimum eius invenies fragmentum 91(60)—100(69). Nam conlato Athenaeo XII p. 540 E Cαμίων ἄνθη 92(61), quocum et sententiae et sermonis similitudine coniunctum est εἰς Μαccαλίαν πλεύcειαc 91(60),[1]) depromptum esse invenies ex βίοιc = fr. 22 FHG II p. 310 M.; indidem fluxerunt 93(62) ἡ Cκυθῶν ῥῆcιc = fr. 8, 94(63) Διὸc ἐγκέφαλοc = fr. 5, 95(64) Λευκηπατίαc = fr. 19, 99(68) Τιθωνοῦ γῆραc = fr. 20, 98(67) κινήcω τὸν ἀφ' ἱερᾶc = fr. 44[a] (si 'Arcesilas' pars fuit operis maioris), atque — quamvis inscriptio non legitur — 100(69) Οἰταῖοc δαίμων a Muellero fr. 55 falso ad opus περὶ παροιμιῶν relatum. Nomen eius non invenitur 96(65) Ἀκκώ (cf. DV I 24 ubi Atheniensis, Et. M. 49, 3 = Apost. VII 67 ubi verius Samia nominatur), quod conlatis 95 et 92 confidenter ei tribuo; minus certum iudicium de 97(66) ἀεὶ κολοιὸc παρὰ (ποτὶ) κολοιὸν ἱζάνει, quamquam P II 47 peripateticum audire mihi videor. Praeterea Clearchea quaedam invenies per totam fere priorem partem dispersa 2(1) = fr. 7, 40 = fr. 52, 45 = fr. 27 (ἐν δευτέρῳ περὶ παιδείαc), 65(38) = fr. 45 M.

Etiam ad Clearchi sodalem aequalemque *Dicaearchum* haud pauca, plura sine dubio quam quae nomine eius notata sunt, referenda videntur; certo testimonio ei vindicantur 32(27) = fr. 50 FHG II p. 250 M., 152 (II 12) = fr. 51 ib., atque 62(35) μερὶc οὐ πνίγει, 63(36) Ἡράκλειοc νόcοc, 64(37) τάδε Μῆδοc οὐ φυλάξει fragmentum habes continuum conlato Parisino auctoris nomen servante.[2])

---

1) Adnotat Leutsch. p. 330: 'Proverbium et explicatio ad serius aevum spectare videtur, quum Massilienses adhuc Augusti tempore propter mores summis laudibus ornentur, cf. Strabo IV 1, 5 p. 181'. Verum conlato Athenaei loco plane gemello XII 523 B (nota χιτῶcι ποδήρεcι χρώμενοι . . . ἀcχημονοῦcι . . . διὰ τὴν . . . μαλακίαν) haec ex Didymo fluxisse apparet vetustiores auctores exscribente, atque δίχολοι ἀνθρώπων γνῶμαι. Ceterum Athenaei excerpta Zenobianis simillima.

2) Primum illud est fr. 6 p. 235 M., cetera non invenio apud Muellerum, qui ea videtur omisisse, cum Fuhrius 'Dicaearch.' neque in indice ea exscripserit neque in dissertationibus tractarit: cf. infra p. 149[3] 134[2]. Similia de Muellero post alios nuper observavit Muenzel de Apollod. p. 6.

*Duridi* Samio Theophrasti discipulo tota fere series 76(48) ad 90 (59) deberi videtur. Traditum est nomen eius 76(48) δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης = fr. 80 IV p. 487 M, 78(50) Ἀττικοὶ τὰ Ἐλευσίνια = fr. 82 p. 488, 89(58) Πολυκράτης μητέρα νέμει = fr. 49 p. 481, 90(59) Ἀττικὸς πάροικος fr. 68 p. 485 M.[1]) Iam priora illa proverbia 76—84 et sermonis similitudine coniuncta sunt et argumentorum e rebus a Graecis gestis repetitorum: neque quae in iis narrantur de Corinthiis (76), Lacedaemoniis et Arcadibus (77), Atheniensibus (78 sq.) Boeotis (80 sq.), Crotoniatis (83) Lacedaemoniis (84) aliena videntur ab ἱστοριῶν vel Ἑλληνικῶν libris Durideis, cum praesertim aetatis suae more a temporibus historicorum fide contestatis discedere soleat ad tempora heroica resque fabulosas.[2]) Idem observabis in altera parte 85(55) sqq. quae spectat ad Graecos Asiam minorem incolentes: 85(55) Πιτάνη εἰμί (Pitane urbs Mysiae), 86 Γελλὼ παιδοφιλοτέρα (Gello Lesbia), 87(56) Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται ('Menander' ἐν τῇ πρώτῃ,[3]) Ἴωνες ét Αἰολεῖς excitantur testes), 88 ταχύτερον ὁ Μάνδρης Κρητίνας ἀπεπέρασε (cf. Meinek. l. s. s. p. 123: Cretinae vel Cretinaeum oppidum Ephesiacum), 89 Πολυκράτης μητέρα νέμει (res *Samiorum*), 90 Ἀττικὸς πάροικος (. . . ἀπὸ τῶν εἰς Σάμον πεμφθέντων Ἀθήνηθεν . . .). Quae fere omnia ad Duridis Σαμίων ὥρους referre licet, in quibus ultima illa leguntur apud Muellerum p. 481 483.[4])

---

1) Hoc loco memorabilis est Parisini scriptura II 28 Δοθρις καὶ περὶ αὐτῆς (scr. ταύτης cum Schn.) λέγει: ubi καὶ a Schneidewino seclusum pristinae formae indicium est.

2) 76 δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτης ad Samiorum ὥρους rettulit Mueller p. 487: sed quod addit 'fortasse Aletae meninit loquens de βώλῳ, quam olim Euphemus, avus Sami, accepit', pro argumento non potest esse.

3) De quo cf. cap. I § 2 p. 18 adn. 1. *Ephesium* illum esse eo quoque videtur confirmari quod 88 insequitur proverbium ad *Ephesiorum* res spectans. Neque tamen potest negari haec in Φοινικικῶν libris vel ἐν τῷ περὶ Κύπρου vix locum habere neque omnino convenire cum colore indoleque certorum Ephesii fragmentorum. Itaque etiam nunc dubitaverim an haud improbabilis sit Meinekii coniectura Babr. Lachm. p. 177 pro Menandro revocantis *Maeandrium* Milesium, 'qui ista in Milesiacis referre potuerit'. Certe historicus citatur pro horum excerptorum natura isque bonae aetatis.

4) Dubium te possit facere, quod praeter Duridem in priore parte

Eadem fiducia 34 (29) — 38 vindicaverim *Staphylo*[1]) *Naucratitae* (Vossius hist. Graec. III 500 W., Mueller FHG IV p. 505), cuius fragmenta haud spernenda servaverunt scholl. Apoll., Sext. Empir., Harpocr. (Didymus).[2]) Nam quamquam nomen eius scriptum non exstat nisi 36 (31) πεύκηϲ τρόπον in P V 76, tamen casui vix potest tribui, quod *Naucratitae* locum 38 subsequitur τὸ ἀρνίον ϲοι λελάληκεν (= D VIII 31 B 883) ad res *Aegyptias* spectans[3]) (Αἰγύπτιοι τοῦτό φαϲιν, melius Suidas) et quod paullo antea 34 ἀχθοφόροϲ ⟨Αἰγύπτιοϲ⟩ palmari Duebneri coniectura (cf. supra p. 56) restitutum est. Itaque etiam 35 λιμοῦ πεδίον (regio Attica) ei tribues, praesertim si librorum περὶ Ἀθηνῶν ab eo conscriptorum memoriam repetieris; de uno 32 οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων, cui nunc quidem in LP nihil accedit nisi locus Menandri (fr. 447 M.), dubitare possis.[4])

Ceteros horum proverbiorum auctores — Chamaeleontem 43 (cf. Suid.), Mnaseam 25 sq. (22 sq.), Apollodorum 28, Polemonem 68, Aristum Salaminium 51, Heraclidem Ponticum 11 (9), all.[5]) —, quos omnes eiusdem fere esse aevi invenies, accu-

---

83 (53) Hippys Rhegius, in posteriore 85 (55) Hellanicus et 87 (56) Menander historici citantur. Verum cum *nullo alio loco* respiciantur in his libris, paroemiographum locos eorum non ipsum exscripsisse, sed a Duride testimoniis etiam alibi abundante conlectos accepisse probabile videtur. Hellanicum in primariis Duridis auctoribus fuisse iam Hullemanus coniecit p. 62. Quamquam Maeandrius si recte restitutus est pro Menandro fortasse a paroemiographo est consultus; nam opus eius adhibetur etiam in scholl. Apoll. Rhod. A 1126 p. 310 K. loco Athoi III 13 simillimo eodemque Sophoclis testimonio (ἐν Κώφοιϲ ϲατύροιϲ) instructo (cf. Mueller FHG IV add. p. 657 et p. 448).

1) Nomen eius cum Ϲταφυλίϲ regione Alexandrina convenit vix fortuito: cf. Satyrus περὶ δήμων Ἀλεξανδρέων FHG III p. 165.

2) De Staphylo a Didymo adhibito cf. Muenzel quaest. myth. p. 10.

3) [Itaque vix recte Schoellius p. 44 interpolatum illud esse censuit.]

4) Quamquam cf. 175 (II 31) ὁ ἐν Τεμέϲῃ ἥρωϲ — quod excerptorem supplevisse credo, ut cetera illa inde a 168 (II 26) —, ubi historicam habes doctrinam studiis Staphyli convenientem; similes rumores — ut consentaneum — etiam in Aegypto volgatos fuisse Celsus te docebit III 38, ubi Antinous heros Antinopoli cultus et cum Bessa Aegyptio coniunctus (hinc Βηϲαντινόου nomen: Bergk. anthol. lyr. p. LXXXVII) homines decipit et agitat. Cf. Rohd. Mus. Rhen. XXXVII p. 467.

5) Memorabile est quod in extrema hac particula conlocatum est 106 (75) δειλαιότεροϲ εἶ τοῦ παρακύπτοντοϲ (cf. Plut. amat. 20 p. 766 C

ratius tractare vix opus est, siquidem totas lemmatum series ad eos revocare non possumus.

Paucis absolvere licet quae sequuntur excerpta ex *poetis.* In primis conspicuae sunt densissimae illae nubes locorum e *comicis* et Siculis et Atticis descriptorum, quos casu congregatos esse nemo opinor audebit contendere.

Ex *Siculorum* comoedia fluxisse persuasum habeo universam illam particulam inde a 110 (76) ad 118 (81) porrectam. Nomen quidem auctoris scriptum non invenies nisi in primo loco 110 (76) ἐν πέντε κριτῶν γόναςι κεῖται, ubi P: παροιμιῶδες, οἷον ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουςίᾳ εἰςίν (ἐςτίν?) εἴρηται δὲ ἡ παροιμία, παρόςον πέντε κριταὶ τοὺς κωμικοὺς ἔκρινον, ὥς φηςιν Ἐπίχαρμος; praeterea, — id quod magni est momenti — in extrema hac particula eidem vindicare possumus 116 γέῤῥα Νάξια· γέῤῥα Cικελοὶ λέγουςι τὰ ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα μόρια certo scholiastae Lucian. Anach. 32 (vol. IV p. 219 Iacob.) testimonio παρ' Ἐπιχάρμῳ μὲν γὰρ γέῤῥα Νάξια εἴρηται ἐπὶ τῶν αἰδοίων. Verum etiam in eo quod subsequitur 111 (77) Βοιωτίων νόμος comicum Siculum partem habuisse concludere possumus ex proverbio Μόςχος ᾄδων Βοιώτιον Apost. XI 74 conl. schol. Aristoph. Ach. 13 p. 2 Duebn. . . . ὁ Μόςχος κιθαρῳδὸς Ἀκραγαντῖνος;[1]) atque similibus indiciis cetera fere omnia notata: 112 (78) ἁρπαγὰ[2]) (Dorice) Κοτυττίοις· Κοτύττια ἑορτή τίς ἐςτι

. . . τὴν ἐν Κύπρῳ παρακύπτουςαν ἔτι νῦν προςαγορευομένην: Rohde 'gr. Rom.' p. 82 adnot.)· φοβούμενός τις τὸν Ἡρακλέα κατέδυ εἰς ςπήλαιον καὶ διὰ δειλίαν ἀπέθανεν. ἐντετύπωται ἐν τῷ λίθῳ ἀνθρωποειδὴς εἰκὼν καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπερέχει τοῦ ςπηλαίου· καλεῖται δὲ παρακύπτων: quae periegetae sunt et paradoxographi: cf. ὄνον ἐν πέτρᾳ Paus. II 38, 3 et fabellas de Cei insulae promuntorio leonis nomine appellato in *Heraclidis* Ceorum re publica narratas, quas speciosa coniectura a saxo natura ludente in leonis similitudinem adumbrato repetiit Wilamowitzius de Eurip. Heracl. p. VIII not. Ceterum de hoc fabellarum genere cf. Welcker. 'kl. Schrr.' I p. 201, 'ep. Cycl.' II p. 395, O. Mueller 'Hyperboreisch-röm. Stud.' p. 310 sqq., Schneidewin. Philol. III p. 670, Ahrens ib. XIX p. 402 417.

1) Cf. Flach. 'Gesch. der gr. Lyrik' I p. 203. Suid.: Δεινόλοχος· Cυρακούςιος ἢ Ἀκραγαντῖνος, κωμικός (Agrigenti natus poeta Syracusas videtur migrasse).

2) Num huc spectat Ἁρπαγαὶ fabula Epicharmi ab Hemsterhusio et Muellero 'Dor.' II² p. 350 ad bellorum calamitates relata?

Cικελική;[1]) 115 (App. I 50 = B 242) Βάτα (Hes. Βάcτα) Κάραc[2]) formis *Doricis*; 117 (80) εἰκῇ τῷ 'Ηρακλεῖ . . . ἐπειδὴ ὁ 'Ηρακλῆc ἦγε καὶ ἔφερε τὰ ἀλλότρια, quae aptissime referuntur ad Epicharmi 'comoediam mythologam' (cf. titulos Βούcιριc, 'Ηρακλῆc ὁ ἐπὶ τὸν ζωcτῆρα, ὁ παρὰ φόλῳ); 118 (81) οὐχ ἵππον ἔκταc<αι> et περιccὰ πλῶμεc (cf. supra p. 56) formis *Doricis*.[3]) Vix igitur dubitationi relictus est locus.

Multo etiam uberiores sunt copiae ex *Attica* comoedia conlectae, quae cum doctrina aliunde repetita duobus locis commixtae effunduntur inde a 120 usque ad exitum turbatum. Primus locus τίc τρόποc ἵππων 120 (83) Theagenis est ex Thuriopersis p. 707 K. Sequitur 121 (84) Χαλκιδίζειν, ubi nota Χαλκιδεῖc . . . ἐκωμῳδοῦντο; 122 ψωλὸν γενέcθαι, ubi conlato B 953 = app. V 41 integrum Aristophanis versum invenies Equitt. 973; item ex Aristophane (Vespp. 302) repetitum 125 (87) cῦκον αἰτεῖc; 127 (89) Κέρδοc αἰcχύνηc ἄμεινον ex Calliae Atalanta fr. 1 p. 693 K.;[4]) 130 (92) 'Ακροκορινθία ('Α Κορ. M) ἔοικαc χοιροπωλήcειν, quae vox comici poetae est (cf. Eustath. a Leutschio adscriptus). Atque etiam reliqua illa 123 (85), 124 (86) ubi Athenienses deridentur, 126 (88) et argumentis et sermone eodem nos deducunt;[5]) nec dissimile est veri, eiusdem

1) Dubium est unum 114 M ἀεὶ γεωμόροc κτλ., nam eadem fere (ἀ. γεωργὸc κτλ.) habet Philemo com. IV p. 29. Sed vetustius videtur proverbium iam a Simonide Amorgino respectum fr. 1 p. 444 Bgk.[4] atque *Dorum* potissimum sunt γεωμόροι, cf. P IV 54.

2) Cf. Rohde 'de Pollucis fontibus' p. 68 not.

3) Epicharmum proverbia in deliciis habuisse a Demetrio discimus 'de elocut.' 156, item Sophronem: cf. Valckenaer, ad Theocr. Adon. p. 200 sq., Mueller 'Dor.' II p. 355; Holm. 'Sicil.' I p. 423. Quamquam quae hoc loco paroemiographus excerpsit et composuit — nam Apollodori (cf. prov. 28 = P V 23) τὰ περὶ Cώφρονοc καὶ 'Επιχάρμου eum temere expilasse non credo, licet usurpasse videatur (cf. Athen. = Didym.: FHG I p. 461 sq.) — magnam partem non tam proverbia videntur esse, quam comicorum loci pro proverbiis adhibita.

4) Cf. Leutschium Philol. III p. 570: quamquam alteram tantum versus partem ἕλκε μοιχὸν εἰc μυχόν Calliae esse vix recte opinatur.

5) 123 (85) πρόcω τιc χελιδών, ubi L πρόcω καὶ χ. ὁλοcχοίνουc παρεῖται in L, ut saepius, duo lemmata coniuncta videntur. Prius illud quamvis lacerum etiam in M servatum haud scio an eodem fere sensu dictum sit quo κόκκυ ψωλοί (ludente casu — nisi quaedam exciderunt — in M antecedit ψωλὸν γενέcθαι Aristophanis) πεδιόνδε Aristoph. Avv. 507;

ea auctoris esse atque vicina illa 122 et 115 Aristophanea: ut inde a 122 (121?) ad 126 *continuam* habeamus *locorum seriem* ex comicorum nobilissimo repetitam. Interpositis deinde locis quibusdam Epicharmi 131 (93) 133 (95), Bacchylidis 132 (94), Pythermionis 134 (96), Sophoclis 135 (97), quibus haud scio an paroemiographus κατ' ἔλλειψιν λεγόμενα quaedam (cf. 131 ἐκ παντὸς ξύλου· κατ' ἔλλειψιν λέγεται· τὸ γὰρ πλῆρες κτλ.) inlustrare voluerit, ad comoediam Atticam iterum revocamur 136 (98) 'Ακεσίας ἰάσατο, ubi P I 52 Aristophanis comici ut videtur versiculus servatur[1]) κατ' ἀποκοπὴν ut antecedentes illi et 42 44 (cf. Diog. IV 75 not. cr.) in proverbiis habitus. Item 137 (99) τρίτῃ κεφαλῇ καὶ τρίτῳ ἐγκεφάλῳ 'comicum aliquem sapere' iam Leutschius adnotavit, quamquam non invenio apud Meinekium. Sequuntur 139 (II 1)—142 (II 4) *quattuor loci e Strattidis comoediis repetiti*; nam cum 139 οὐ πρέπει γαλῇ κροκωτός = fr. 71 p. 731 K., 140 ὁ σκνίψ ἐν χώρᾳ =

---

πρόσω forma a senariis Atticorum aliena ferri potest in versibus melicis quales hoc loco subsentire mihi videor. 'Ολόσχοινον in proverbiis fuisse Aeschin. de fals. leg. p. 206, Anth. Pal. X 49, 5 ἀποφράξαντα . . . ὁλοσχοίνῳ τὸ στόμα te docebit; παρεῖται haud scio an ad explicationem pertineat (παρῆκται? P V 62), ut αἶγις λέγεται M III 162 (cf. supra p. 61).

1) Habes in P: ὅλην δὲ (cf. scholl. Plat. p. 323, Suid. Phot. s. ὄνος λύρας) 'Αριστοφάνης ἐν τετραμέτροις ἐκφέρει λέγων· 'Ακεσίας τὸν πρωκτὸν ἰάσατο. Dobraei coniectura ἐν τετάρτῳ ἀμέτρων recepta cum Bernhardyo ad grammaticum rettulit Nauckius Aristoph. Byz. p. 238 fr. VI. Quam sententiam novis argumentis firmare conatus est Leutschius in commentatiuncula doctissima Philol. voluminі XIII inserta p. 567 sqq., cum diceret, τὸ δὲ πλῆρες et ἐκφέρει λέγων grammatici esse. Verum λέγων vocula saepissime ut consentaneum eadem ratione poetarum testimoniis adiecta invenitur, cf. P V 59 (M III 23) VI 22 (M II 53) IV 18 (M I 52) μέμνηται (= ἐκφέρει) ταύτης Δίφιλος λέγων, Didym. Schm. p. 302 παρήκουσεν . . . 'Ομήρου λέγοντος, p. 311 τὴν . . . παροιμίαν παραπεποιῆσθαι ὑπὸ τοῦ ῥήτορος λέγοντος, ut hinc argumentum potius repetendum videatur quod contra grammaticum valeat. Proverbia autem volgari usu decurtata integra saepe inveniri apud poetas hac ipsa serie (inde a 131, quo de cf. Schneidewini notas ad P IV 7) accuratius tractata intelleges. Accedit quod τὸν πρωκτὸν ἰάσατο comici sunt 'Ακεσίας Apollinis cognomen ad argumentum ridiculum transferentis. Itaque de Aristophane comico, cuius inter fragmenta ἀμφισβητήσιμα caute rettulit novissimus editor p. 591 fr. 903, vix ulla remanet dubitatio, cum praesertim comicorum sint quae sequuntur neque talia grammatico accepta referat Didymus.

fr. 70 p. 731 K., 142 οὐ μάλα † κυκᾷς = fr. 10 p. 741 K. certis testimoniis ei vindicare possimus, etiam de 141 Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ — ubi notanda οἱ Λυδοὶ κωμῳδοῦνται — nulla potest esse dubitatio. Usque ad hunc locum τὰ κατ' ἔλλειψιν versuumque frustula (κομμάτια) composita videntur, ut in initio excerpti grammatici app. II; sequuntur integri versus οἶδεν (ex P) Πυλαία ταῦτα καὶ Τυττιγίας 143 (II 5) (Cratini? cf. Meinek. com. fr. II p. 111), τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας <ἐξ>εγείνατο 144, quem a comico fictum censeo ad exemplar tragici (?) τὰ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγινα τρέφει[1]) D VIII 38 Phot. (Suid.) servati, 146 δοῦλον οὐκ ἄγω, εἰ μὴ νεναυμάχηκε περὶ τῶν κρεῶν repetitus ex Aristophanis Ranis 191. Quae ex M accedunt 145 'Ακυλίωνος (ab ἄκυλος? ἀκυλὸν = αἰδοῖον?) λεγομένην 147 ὁ κάριος αὖος adeo sunt corrupta et contracta, vix ac ne vix quidem ut possint intellegi.[2]) Deinde altera illa digressione qua proverbia δυάζοντα tractari vidimus his excerptis inserta 148—154, ad propositum revertit paroemiographus 155 (II 15). Est enim 155 Aristophanis fr. 352 p. 485 K. (ex Κωκάλῳ), 156 (II 16) κράδης ῥαγείσης trimetri comici colon,[3]) 158 (II 17) εἶτ' ἐφ' ὕδωρ κακόν (κακός M)· ἐπὶ τῶν δυσκληρούντων· ἐν γὰρ τοῖς δικαστηρίοις τὸ φαυλότατον [τῶν] ἔργων

---

1) Αἰγίνᾳ γείνατο παῖδα in epigrammate legitur Paus. V 25, 8.

2) Prius illud in memoriam revocat Lysistr. 270 πρώτην δὲ τὴν Λύκωνος, ubi scholl. p. 251 τὴν 'Ροδίαν λέγει οὕτω καλουμένην . . . ἐπ' αἰσχροῖς κωμῳδουμένην: quae si in archetypo scripta erant ᾱ (= πρώτην) τὴν Λύκωνος . . . οὕτω λεγομένην κτλ. vides quam facile ab excerptore lemmate inepto coerceri potuerint. Quamquam coniecturae si locus est, lenius fortasse 'Αγκυλίωνος corriges nec sine veritatis specie: nam de Ancylione Didymum exposuisse docemur schol. Aristoph. Vespp. 1178 (cf. 1397) Δίδυμος· ὁ Καρδοπίων ζητητέος. οὐδαμοῦ κωμῳδεῖται. ἀλλ' 'Αγκυλίων, ἐπὶ τῷ τὴν μητέρα <κακῶς> διατιθέναι (cf. Meinek. com. fr. I p. 359). In altero lemmate certe non latet Milleri ὁ Κάριος αἶνος, quod vix numerandum est inter proverbia; conlato versu antecedente δοῦλον οὐκ ἄγω κτλ. ὁ Κάριος δοῦλος (de servis Caricis cf. P IV 23, app. pr. II 60 cum notis et Aristoph. Plut. hypoth. V) conicere possis: nisi subest locus e Pluto Aristophanis, ubi Cario in scaenam prodit servus. Quae si certioribus argumentis comprobari possent, *seriem* haberes *locorum Aristophanis*, cui etiam 155—158 vindicaverim.

3) In enarratione pro τραγικαῖς σκηναῖς Polluce conlato κωμικαῖς corrigendum esse apparet. Cf. Rohde 'de Pollucis fontibus' p. 64.

(scr. ἔργον) ἦν || ὕδωρ διαμετρεῖν τοῖς δικαζομένοις et argumentum Atticae comoediae est et in ultimis illis verbis subaudire mihi videor trimetri comici numeros. De eis quae sequuntur ad 164 (II 24) diiudicare non ausim, cum certa comicorum insignia frustra quaeras atque adspersa sit doctrina ex Polemone (159) Zenone Myndio (161) aliis repetita: quamquam ad 161 (II 20) Ἀσπένδιος κιθαριστής cf. Anaxipp. com. IV p. 460, 26 (Meinek. p. 462), atque 162 αἰγὶς περὶ πόλιν nota τοὺς . . . πλανωμένους ἐπέσκωπτον argumentumque ad res Atheniensium spectans. Contra ad comicos redire certo scimus 165 αὐτῷ κανῷ, quod Platonis est ἐν Γρυψί fr. 15 p. 604 K. (cf. P II 31 ubi citatur Didymus) et 166, ubi Perdix in scaenam producitur κωμῳδούμενος ἐπὶ χωλότητι: cf. Aristoph. Avv. 1292 cum scholl., Anagyr. fr. 53 p. 405 K., vol. II p. 962 sq. M. Extremam conlectionem inde a 168 (II 26) genuinam formam non servasse vidimus, siquidem certe 171 sqq. (32 40 41) errore hoc loco sunt iterati. Cetera pleraque omnia ex comoediis fluxisse videntur, nam 168 (II 26) ὡς τὴν ἐν Ἄργει (errore ἄργειον L, metro corrupto) ἀσπίδα καθελὼν σεμνύνεται et 174 (II 30) τί οὐ γενήσῃ ἰὼν (γενησίων M) εἰς Ἀρβέλας (corr. γενήσῃ τυγχάνων ex Apost. XVI 75) trimetri comici sunt atque ad 169 (II 27), de quo vide Didymum Schmidtii p. 220, conferre licet P I 26 (et Hes. s. v. οὐρανία αἴξ) cum Cratini fr. 244 p. 87 K.

§ 5. **Operis Zenobiani origo et genuina forma.** Servata sunt igitur locis haud paucis vestigia non leviter impressa sed fixa certaque et contextus cuiusdam proverbiorum vicinorum et certae totius operis descriptionis prudenter institutae, neque dubium quin si novam Zenobii editionem nacti erimus etiam frequentiora ex indigesta qualis nunc videtur Athoi mole sint emersura.

Atque tres priores Athoi conlectiones librive quasi imaginem esse vidimus ampli cuiusdam operis, quo non tam rhetorum et sophistarum usui prospiceretur ut conlectione V, quam summa eruditione et de ratione proverbiorum explicandorum disputaretur et singulorum scriptorum — in primis Demonis Aristotelis Theophrasti Clearchi Chrysippi Aristophanis — copiae compilarentur et recenserentur.

Inter priorem autem operis Zenobiani partem (conl. I et conl. II exitu excepto) et posteriorem (conl. II exitum et totam fere III), universam condicionem rationemque si spectas, aliquid sane interest. In illa enim *libri a doctis hominibus* περὶ παροιμιῶν *scripti* in censuram vocantur, in hac excerpta proponuntur ex *scriptoribus proverbia obiter commemorantibus* poetisque quorum versus aut proverbia contineant aut in proverbiorum usum abierint. Quis enim casui tribuet, quod nullus fere in tertia conlectione exstat locus, quem ex opere paroemiographico repetitum esse certum sit exploratumque?[1]) quod Demonis amplissimum opus, conlectionum I et II fons primarius, omnino non respicitur, Clearchea quae inveniuntur ad unum omnia ex βίων libris, Theophrastea ex scriptis philosophicis[2]) conlecta sunt, non hausta ex operibus eorum in proverbiorum explicatione versantibus? Immo consilio haec ita sunt instituta. Atque

1) Aristophanes grammaticus citatur III 154 (II 14) in P III 63 Ἐν ὅλμῳ ἐκοιμήθην (εὐνάσω): quae quamquam a Nauckio fr. VIII p. 239 ad ἀμέτρους παροιμίας relata sunt, tamen ex *commentariis* (Homericis?) vel glossis videntur fluxisse, cum non de ipso proverbio Aristophanes testis excitetur, sed de vocabulis rebusque in explicatione expositis. III 166 (II 24) τὸ πέρδικος σκέλος, quod proverbium teste Schol. Aristoph. Avv. 1292 Aristophanes commemoravit ἐν ταῖς ἀμέτροις παροιμίαις, Aristophanis nomen in copiis Zenobianis non servatum est. Quamquam singula quaedam etiam in tertio libro a paroemiographis deprompta esse *posse* (ut in prioribus etiam poetae rerumque scriptores adhibiti sunt) minime nego. Sed certa exempla frustra quaesivi. [Ad Aristophanem 163 sq. 166 sq. (II 22—25) p. 49 rettulit Schoellius 165 ut interpolatum p. 46 eiciens: vereor ut recte].

2) Pauca omnino sunt quae ex paroemiographico Theophrasti opere ad nos pervenerunt: cf. Schneidew. praef. p. III. Quibus addendum Michael Ephes. ad Aristot. eth. Nic. V 1, scholl. Oxon. ed. Ros. Herm. V p. 356, ubi de Phocylidae (p. 72 Bgk.[4]) vel Theognidis loco agitur, qui χώραν μέντοι παροιμίας ἐπέχει: quo de haud dubie agit Theophrastus illo παροιμιῶν loco quo septem qui vocantur sapientium dicta explorasse videtur: cf. Stob. floril. XXXVI 17 (Apost. V 55[a]) . . . τὸ μὲν ἀπόφθεγμα Βίαντος, ὡς παροιμία δὲ λαμβάνεται. Quamquam ex libris περὶ θεῶν et ἠθικῶν Aristotelis interpretes illa hauserunt. Falso autem Apost. XI 97 ad Theophrasti παροιμίας rettulit Schneidewinus l. s. s. Apostolii ille locus ex Suida est petitus atque Νάνος ὢν ὕπεικε proverbium ficticium noviciumque (V. Rose Aristot. pseudepigr. p. 531) ut plurima illius: solo Νάνος verbo Theophrastum usum esse Suidas testatur.

si quaeris, quis sit cuius adsidua lectione doctrinaque uberrima laeti illi quasi flosculi ex variis auctoribus decerpti sint et nexi consertique, Didymi copiae a Schmidtio conlectae et fontes qui ab eo pendent *ad solum omnes te deducunt* χαλκέντερον istum.[1]) Accedit quod pauci illi huius epitomes loci Didymi nomine insignes omnes inveniuntur in tertio hoc libro: fr. II p. 397 Schm. αὐτῷ κανῷ· αὕτη τάττεται κατὰ τῶν ἄρδην ὁτιοῦν λυμαινομένων. φηcὶ γὰρ ὁ Δίδυμος κτλ. = M III 165, P II 31, fr. III ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζηcίαν μετῆλθεν. ἱcτορεῖ Δίδυμος, ὅτι Ἀμαία μὲν ἡ Δημήτηρ παρὰ Τροιζηνίοις προcαγορεύεται κτλ. = M III 69 (41), P. IV 20; fr. IV ex Hes. s. v. Λιμοδωριεῖς· οὕτως ἐκλήθηcαν οἱ ἀπὸ Πελοποννήcου . . . κατοικίcαντες περὶ Ῥόδον καὶ Κνίδον (quae Aristoteli vindicavimus)· Δίδυμος δὲ τοὺς περὶ τὴν Οἴτην οὕτω λέγεcθαι κτλ., nam Hesychius, a quo haec servata sunt, ex codice Zenobiano hausit (Iungbl. p. 25).[2]) Sic confirmari puto quod supra iam posuimus: Didymum ipsum primum haec excerpta composuisse neque ab aliis ea conlecta accepisse.

Verum cave hinc profectus ultima illa Didymo, cetera Tarrhaeo aliisque auctoribus tribuenda censeas. Nam doctrinam Didymeam ipsissimis ipsius verbis inclusam supra cap. II § 2 (de M I 19 II 29 all.) in conlectionibus prima et altera indicavimus; atque in eis potissimum Didymum cognoscere mihi videor πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν cυντεταχότας scribentem: qui titulus operis eius fuit a ceteris longe diversus.[3])

---

1) Adde quae de Aristotele, Staphylo all. adnotavimus p. 82 [1], 85 [2].

2) Cetera Schmidtii fragmenta aut non exstant in MPB aut omnino non fluxerunt ex opere paroemiographico, velut quod vix inter proverbia numerare licet VI ex interpolatorum proverbiorum serie repetitum B 712 ad commentarios Aristophaneos referendum est, (nam haud recte quaecunque apud paroemiographos leguntur grammaticorum loci ad opera paroemiographica referri solent), atque V ab Harpocratione servatum haustum videtur ex commentariis in rhetores; VIII soli Apostolii errori debetur duos Harpocrationis locos contrahentis, quorum alter iam a Schmidtio p. 321 recte commentariis illis insertus est. Cf. Warnkr. p. 29.

3) Cf. Hellad. Phot. cod. 279 p. 530 Bekk. . . . ὅτι Δίδυμος περὶ παροιμιῶν δεκατρία βιβλία cυντέταχε [καὶ] πρὸς τοὺς περὶ παροιμιῶν cυντεταχότας ἐπιγράψας αὐτά et quae addit Schneidewinus praef. p. XIV. Aliter accipiendus videtur Chrysippi liber περὶ παροιμιῶν πρὸς Ζήνωνα.

Confirmatur autem haec opinio alio argumento eoque gravissimo. Primarium Zenobii auctorem id praecipue egisse, ut proverbia a vetustioribus paroemiographis scriptoribusque congesta quam accuratissime inlustraret et explicaret poetarum potissimum locis diligenter undique congregatis adscriptisque, cum universa operis specie cognoscitur,[1]) tum eo quod Π 84 ὄρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλῆ τὸν καρτερόν curiose adnotavit αὕτη παρ' οὐδενὶ τῶν ἀρχαίων ἐστί, sc. poetarum scriptorumque.[2]) Iam eidem fere auctores, quos a Didymo adhibitos esse ceteris eius fragmentis docemur (cf. Schmidtii indices p. 420 sqq.), per totum opus testes excitantur. Ex quibus eos nominasse satis habeo quorum reliquias per solum Didymum ad nos propagatas esse viri docti coniecerunt: Mnaseam Polemonem (Preller 'ausgew. Aufs.' p. 321 = anall. Marb. 1846 p. 677; Schmidt. p. 104) Philochorum Timaeum (Schmidt. p. IX; Naber proll. Phot. I p. 12); praeterea eos in primis poetas respici facile observabis quos commentariis Didymus ornaverit: comicos tragicos Ionem Bacchylidem Pindarum. *Lucilli Tarrhaei*, cuius aetas etiam post Hoerschelmanni (acta soc. phil. Lips. IV p. 341) et Warnkrossii (l. s. s. p. 30 sqq.) curas in controversia versatur,[3]) quae propria sint in hoc opere perpauca videntur. Neque ingentem illam testimoniorum molem e Didymo depromptam Zenobio eum tradidisse crediderim, quae fere est Warnkrossii sententia. Nam acute demonstravit Iungblutius p. 31 sq. 36 sententiam eius I 2 τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον (P VI 5) et I 68 Σαρδόνιος γέλως (P V 85) testimoniis Aristidis

1) Cf. etiam quae p. 47 sq. 72 [3] exposuimus.

2) Eudoxus non citatur proverbii testis, sed rei explicandae causa. Notabilis hoc loco est error Naberi, qui Phot. proll. p. 42 postquam recte de magna Didymi auctoritate disputavit 'Veluti' inquit 'in Zenobio 456 . . . dicitur αὕτη παρ' οὐδενὶ τῶν ἀρχαίων ἐστί· h. e. nemo ante me adnotavit et explicuit. *Habet tamen Athenaeus* IX p. 392 D. Scilicet primus adnotarat Didymus, hinc receperat Pamphilus, hinc Athenaeus habet. Zenobius autem describit Didymum ipsum.' Athenaeus häbet? Immo *non* habet, sed solum Eudoxi locum a Gottingensibus transcriptum.

3) Cf. etiam Mueller FHG IV p. 410, Weichert 'über das Leben und die Schriften des Apollonius' p. 396, Merkel proll. Apollon. p. LXI LXVI. De studiis operibusque eius Hoerschelmanni (l. s. s.) operam excipiens si quis cum cura disputabit, operae pretium faciet.

et Polemonis in B V, Sileni in Photio (Suida) servatis obscurari aut omnino refelli: quare testimonia illa ab eo deprompta esse concedi non potest. Praeterea inspicias quaeso quae ex Lucilli opere paroemiographico servata sunt duo illa certa fragmenta scholl. Plat. p. 396 Bkk. 'ἤκουσα' ὥς φησι Ταρραῖος 'ἐγχωρίων λεγόντων ὅτι ἐν Σαρδόνι γίγνοιτο βοτάνη' κτλ. (quae Sileni est sententia Phot. s. Σαρδόνιος γέλως) et Steph. Byz. s. v. Δωδώνη . . . 'καὶ κατὰ μέν τοι τοὺς ἡμετέρους ⟨χρόνους⟩' φησὶν ὁ Ταρραῖος 'ἡ μὲν λαβὴ τῆς μάστιγος ⟨διασέσωσται⟩ . . . παρὰ μέντοι τῶν ἐπιχωρίων τινὸς ἠκούσαμεν' κτλ. (cf. Polemonem et Aristidem in B 887 ad P VI 5). Vides Tarrhaeum, cuius non modo grammatica sunt scripta, verum etiam libellus περὶ Θεσσαλονίκης, eo potissimum operi suo celebritatem conciliasse, quod — ut Schneidewini verba p. XIII mea faciam — peregrinationes susceperat vel suscepisse se simulabat ad explorandas fabulas et narrationes singularum urbium templorum locorum;[1]) neque igitur tantum in ceteris paroemiographis recensendis operae eum conlocasse crediderim, quantum conlocatum videmus in hac epitome.[2]) Itaque mihi quoque probatur tituli ἐπιτομὴ τῶν Ταρραίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν fides a Iungblutio acriter defensa contra Warnkrossium, qui Didymum a Tarrhaeo, Tarrhaeum a Zenobio excerptum esse posuit. *Zenobius copiis Didymeis compressis et amputatis addidisse videtur memorabiles Tarrhaei locos* ab illo non receptos.[3]) Neque hercle magis mirum, ab excerptore si

1) Eundem in Apollonio explicando 'non tam grammaticum quam historicum et mythologum egisse' (Mueller l. s. s.) ex locis nomine eius inscriptis conligitur ad Apoll. I 187 1040 1165. Unus I 1083 ad verborum interpretationem pertinet.

2) Neque scholiastae Platonici (illius scilicet qui Zenobio est cognatus) neque Stephani Byzantii copias haustas esse ex solo Tarrhaeo luculenter demonstravit Iungblutius p. 30 sqq. Itaque minime omnino improbandum, si quis eos pendere coniciet ex ipso Zenobio, quem a Philone (= Steph. Byz.) laudari vidimus p. 1[1]: nam simillima ubique tradunt, multo illa quidem uberiora, atque Didymeae doctrinae adhaerere solet Lucilliana: vide infra adn. 3.

3) Loci Tarrhaei supra exscripti in M P nunc quidem omissi sunt; verum non dubito quin olim accesserint ceteris testimoniis a Didymo conlatis, ut in scholl. Plat. et Steph. Byz. Omnino autem *excerpta ex*

tredecim Didymi tresque Tarrhaei libri coniuncti in tres libros coartati sunt, quam si Lucilli tres *epitome* trium librorum comprehendebantur. Cf. Birtium 'd. antike Buchwesen' p. 383 adn. 1, ubi epitomas minore librorum numero divisas esse solere quam opera excerpta larga exemplorum copia demonstratur.[1])

Verum in difficillimas has quaestiones, quae propriam sibi flagitant commentationem, descendere non in animo erat, nisi quoad coniunctae sunt cum vera operis Zenobiani forma investiganda. Itaque revertamur illuc unde deflexit disputatio.

Ordinem istum, quem et in vicinis proverbiis sensu conexis et in universa fere operis descriptione observavimus, Zenobium servasse vel adeo instituisse, sed ne verbo quidem rationes quas sequeretur adumbrasse num credes? Ego non credo. Immo *universam huius operis speciem*, praecipue lemmatum discriptionem numerosque, *excerptori Byzantino deberi*, *in genuina autem forma singula proverbia et proverbiorum series disputatione continua coniuncta fuisse* (sicut in Marcelli libro et in fragmentis Eustathianis) persuasum mihi est. Quod confirmant loci, ubi etiamnunc plura proverbia sub uno lemmate

---

*Tarrhaeo in fine singularum disputationum* post Didymea posita esse suspicor, ut posita sunt in scholiis Platonicis p. 317 Bkk. et apud Stephanum Byzantium s. v. Δωδώνη (Iungbl. p. 34 30). Velut mirum illud quod legimus s. v. Καδμεία νίκη P IV 45 post varias variorum enarrationes (cf. Leutsch. vol. II p. 74 sq.) ἄλλοι δέ τινες, ὅτι τὰ ἐκ Φοινίκης γράμματα βουλόμενος διαδοθῆναι τοῖς Ἕλλησι Κάδμος ἀνεῖλε Λίνον καὶ αὐτὸν ἴδια γράμματα ἐπιδεικνύμενον (cf. Suid. s. v. Λίνος) Lucilli esse credo, qui ubi περὶ γραμμάτων disputat in Bekkeri anecd. IV similes tradit fabellas p. 318 τῶν στοιχείων εὑρετὴν τινες Κάδμον φασίν . . . ἔνιοι δὲ Μουσαῖον (cf. etiam p. 324, ubi Musaeus Orpheus Linus coniuncti et vide quae congesserunt Lobeckius Aglaoph. p. 234 sq. et Hoerschelmannus, l. s. s. p. 333 sqq.). Unde cave ne Ritschelii illo praecepto abusus auctorem ultimo loco nominatum unicum esse contendas; obstant enim Iungbluti argumenta multo graviora (cf. p. 93 sq.).

1) Maxime in nostram rem faciunt grammatici Zenobio fere aequales Diogenianus et Iulius Vestinus, qui ingens Pamphili opus quinque vel quattuor libris comprehenderunt, atque Hephaestio, qui duodequinquaginta operis sui libros ἐπέτεμεν εἰς ἕνδεκα, εἰς τρία, εἰς ἕν. Unus Iustinus librorum inscriptiones Trogi servavit; sed ex Birtii coniectura praeterea in quattuor volumina epitomen distribuit. Ceterum Zenobius in dividendo opere solum ambitum curavit, siquidem lib. I extr. cum II, II extr. cum III est coniunctus (cf. p. 81 sq.).

composita tractantur: cf. praeter exempla supra II § 4 exscripta I 77 τὸ δέ τοι κλέος ἐςςομένοιο· λέλεκται αὕτη ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δαιμονίων γίγνεςθαι προδηλουμένων φήμῃ τινί. Χρύςιππος δὲ μετατίθηςι 'τὸ δέ τοι κλέος' λέγων μόνον, μετέθηκε δὲ κἀκείνην ἣ λέγει 'ὅθι περ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς' οὕτω ⟨γὰρ⟩ τὴν παροιμίαν ἐκδέχεται;[1]) II 37 Κύλλου πήραν· αὕτη παραπληςία ἐςτὶ τῇ 'ἐμβάλλεται εἰς κύλλην', ἐπεὶ καὶ οἱ αἰτοῦντες τὴν χεῖρα οὕτω cχηματίζουςιν· III 148 (Plut. II 8) τὸν ἐν Cάμῳ κομήτην· Cάμιός τις ἐγένετο πύκτης κτλ.... ὥςπερ τὸν ἀληλεςμένον βίον οἱ μὲν ἐπὶ τῶν πλάνητι βίῳ χρωμένων προςεδέξαντο, οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἀταλαιπώρως βιούντων (quibus verbis disputationem de proverbiis ambiguis institui vidimus). Zenobius si singula proverbia seorsum enarrare voluisset, certe sibi constitisset, neque diversis coactis coniunctisque tam saepe a se ipse discessisset. Cui argumento si fidem non vis habere, ad ultimum illud exemplum te ablego. Non τὸν ἐν Cάμῳ κομήτην in proverbiis videtur fuisse, sed ὁ ἐν Cάμῳ κομήτης vel ἐν Cάμῳ κομήτης (cf. B 422, quod non haustum esse ex ipsa epitome Zenobiana infra patebit). Forma illa indicio est, lemma excerptum esse ex pleniore disputatione, in qua proverbium ex verbo aliquo penderet, sicut postea τὸν ἀληλεςμένον βίον a προςεδέξαντο.[2]) Haec non sunt hominis docti aliorum opera in epitomes formam redigentis, sed librarii scripta vix intellecta excerpentis et imprudenter impudenterque mutilantis.

Eandem fere quam opus Zenobianum formam *Plutarchi* opusculum (IV) videtur habuisse eademque ratione corruptum esse: id quod eis quae p. 12 sqq. disseruimus reputatis sponte concedes. *Conlectionis sophisticae* fragmentum (V) universam fere speciem servasse in aperto est, sed mirum in modum, gravius etiam quam ceterae, corruptum est et contractum.

Recensionis igitur Athoae praecipua virtus in eo est, quod *veri proverbiorum ordinis* saltem *vestigia* quaedam servavit. In singulis locis, quamquam haud pauca exhibet in

---

1) Volgata forma est ἵνα γὰρ δέος ἔνθα καὶ αἰδώς: cf. Leutsch. ad Ps.-Diog. V 30 et in vol II p. 755 not. conl. p. 463.

2) Fortasse etiam III 8 ἀργυρὰν λιμόν huc referendum, cuius proverbii veriorem formam servavit Hesych. s. v. ἀργυρέα λιμός, cf. Arsen. ap. Apostol. III 71[a].

codicibus volgatis omissa, tamen cave ne nimium ei tribuas; *excerpta* enim est *ex conlectionibus haud dubie multo plenioribus* etiam a volgatae diasceuasta adhibitis [1]) atque saeculis praetereuntibus magis magisque est amputata corrupta adulterata, ut fit in libris scholarum usui inservientibus [2]) neque tam sermonis arte conspicuis acceptisque quam doctrinae copia rerumque varietate. [3])

---

1) Propria sibi quae habet recensio Athoa neque aliunde nota cum cura composuit et inlustravit Nauckius l. s. s. p. 369—380, neque mihi etiam atque etiam has quaestiones tractanti quae ille praetermiserit occurrerunt nisi paucissima. Ex quibus haud scio an nihil sit pretiosius quam I 23 οὐδὲ τρία τῶν Cτηcιχόρου γινώcκειc: quo loco diligenter explicato conlatoque cum similibus nullum omnino esse argumentum intelleges, cur primum Stesichorum trichotomiam quam dicunt instituisse credamus iam ab Alcmane ut videtur adhibitam in Parthenio illo carmine fr. 23 III[4] p. 23 sqq. Bgk. ab Ahrensio sagaciter discripto. Praeterea nova quaedam proverbia adhuc ignota Nauckianis p. 375 addenda, velut ἐμβάλλεται εἰc κύλλην II 37, κεῖται δ' ὁ τλήμων II 48 atque quae p. 89 tractavimus III 145 147.

2) Luculentissimum exemplum habes Pseudodositheum (cf. de Babrii aetate 'Leipz. Stud.' II p. 238 sqq.), de quo diligenter nuper commentatus est C. Krumbacher in libello qui inscribitur 'de codicibus quibus interpretamenta Pseudodositheana nobis tradita sunt' (Monach. 1883).

3) Cf. Wilamowitz. 'Antigonos' p. 17.

## Caput III.

### De Zenobio volgato.

§ 1. **Proverbia a Zenobio aliena.** In hac recensionis Athoae condicione supplementa eius haud dubie repetenda sunt ex ceteris codicibus, qui in singulis proverbiis explicandis saepissime nobis usui fuerunt atque ex pleniore archetypo videntur fluxisse. Neque tamen universam fere illam lemmatum plus sescentorum molem solis PH-BV-D servatam — exceptis nimirum de quibus in primo capite egimus noviciis atque glossis e lexico repetitis paucolisque illis quae quarta conlectione continentur — ipsi Zenobio tribuerim. Nam diasceuastam qui volgatorum codicum archetypon adornavit etiam aliis copiis amplissimis usum esse frequentibus illis efficitur proverbiis, *quae in volgatis codicibus bis leguntur vel etiam saepius*: [1]) cf., ut exempla quae ad manus mihi sunt ex multis pauca indicem Ἀδώνιδος κῆποι B 18 et 30, ἀκαρπότερος εἶ Ἀ. κήπων P I 49 (in B cum 30 coniunctum) = M II 90; ἅλας ἄγων καθεύδεις B 25, P I 23, D I 21, ἀλῶν δὲ φόρτος ἔνθεν ἦλθεν κτλ. B 151, P II 20, D II 34 = M I 18; Αἰάντειος γέλως B 71 160 P I 43, cf. M I 60; ⟨αἶγις⟩ περὶ πόλιν recte B 177, † εἶ τις περὶ πόλιν κτλ. B 377 cum inepta Athoi III 162 scriptura; ἄρτι μῦς πίττης γεύεται B 194, D II 64, μῦς πίττης γ. B 636, ὅσα Μῦς ἐν Πίττῃ B 738 P V 46 = M I 39; Βούνας δικάζει B 217 P II 67 cum aperta Athoi III 26 corruptela, Βουλίας δικάζει recte P II 86; βοῦς ἐπὶ γλώσσης B 221 P II 70 D III 48, βοῦς ἐπέβη B 241 D III 61 = M I 31; βοῦς Κύπριος εἶ B 222 D III 49 = M II 82, Κύπριος βοῦς B 579 D V 80; Βούτην Μήκων ἔγραψεν B 224, Θᾶττον ἢ Βούτης B 492 P IV 28 = M III 31; δάτος ἀγαθῶν B 321 P III 11,

---

1) Vide nostra ad Ἀδώνιδος κῆποι, ὄνου σκιά, ἄρτι μῦς πίττης γεύεται.

Θάcοc ἀγαθῶν cum enarratione gemella B 498 P IV 34 = M II 20; Ἐνδυμίωνοc ὕπνον καθεύδειc B 358 P III 67 D IV 40 = M I 20, Ἐνδυμίωνοc ὕπνοc B 367; εὕδοντι κύρτοc αἱρεῖ B 429, ζεύδου vel εὕδου τῶν ἁλιευτικῶν κύρτων B 458 P IV 8 = M III 55; ἦcάν ποτ' ἦcαν ἄλκιμοι Μιλήcιοι B 472 D V 3, πάλαι ποτ' ἦcαν ἄ. Μ. B 776, P V 80 = M I 45; θεῶν ἀγορά B 495 P IV 30, καὶ ἐν θεῶν ἀγορᾷ B 521 = M I 82; Κωρυκαῖοc ἠκροάζετο B 567 P IV 75, τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κ. ἠ. B 891 = M I 51; Κολοφωνία ὕβριc B 578, τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν B 899 D VIII 36 = M II 1; Λέcβιοc ᾠδόc B 596 μετὰ Λέcβιον ᾠδόν B 627 P V 9 = M III 150; νῦν δὲ θεοὶ μάκαρεc B 697, cὺν δὲ θ. μ. B 854 = P V 99 = M II 57; ὄνου cκιά B 709 711, ὑπὲρ ὄνου cκιᾶc B 926 P VI 28 = M I 69; Πέρδικοc καπηλεῖον B 760, Πέρδικοc cκέλοc B 815 = M III 166; Πλακιάδαι καὶ cτειλεόν cum Athoi I 73 ineptiis B 777, ὦ Λακιάδαι rectius B 958.[1]) Ubi alterum locum plerumque Zenobii Athoi esse invenies, alterum (litteris diductis scriptum) ab Athoo ita diversum, ut ad alium haud dubie fontem referendus sit, velut si genuinam lectionem praebet pro corrupta Athoi.[2])

His accedunt alia, quae nunc, ubi veri Zenobii cognitionem quandam cepimus, certis argumentis ex ipsa re petitis ab eo possumus abiudicare. Haud pauca argumentis aut explicandi ratione aut sermone fraudem produnt. Facile enim observabis plurima proverbiorum volgatorum *ad animalium mores virtutesque* referenda esse — quae longum est enumerare, nam in una α littera fere quadraginta invenies —, vel adeo *ex ipsis fabulis Aesopeis* fluxisse, cf. ut paucula ex multis decerpam alio loco accuratius tractandis P I 20 B 159 ἀετὸν κάνθαροc μαιεύεται = Aesop. Halm. 7; P I 69 B 97 ἄλλο γλαὺξ κτλ. conl. Aes. H. 212; P II 5 B 133 ἀπὸ βραδυcκελῶν ὄνων κτλ. conl. Aes. H. 157 Babr. 62; P II 33 ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνουc conl. Babr.

1) Interdum loci a vero Zenobio alieni proprium sibi lemma non servaverunt, sed cum Zenobianis coniuncta sunt: cf. P IV 63 V 95 VI 52 B 30. Fallitur Warnkross. p. 19 codicis B libidini 'dupla' tribuens.

2) Similia habes, sed quae cum Athoo comparare non possis B 42 (81) 583; B 87 = P I 57 B 207; B 122 D I 82 (Macar.) B 205; B 172 206; B 513 912; B 679 694; B 755 757; D VI 60 VII 100 B 828.

29 76,18; Diog. III 24 ἀφ' ὑψηλοῦ μου καταγελᾷς = Aes. H. 135; P III 48 ἐκ λύκου στόματος, ubi ipse addit B 404 εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ μύθου τοῦ λύκου καὶ τοῦ γεράνου = Aes. H. 276, Babr. 94; P III 52 εἰς πάγας ὁ λύκος, quod optime inlustrat Babrius Vaticani 9 = 130 Gitlb. Rutherford. Proverbia huius generis recipere operae pretium non videntur habuisse Zenobii auctores nisi quae poetarum antiquorum testimoniis commendabantur.[1]) Nam ad fabulas spectantia in universa Athoi farragine non invenies nisi duo ἄρκτου παρούσης ἴχνη μὴ ζήτει III 132 ex Bacchylide petitum (cf. P. III 132) = Babr. 92 et γαλῇ χιτώνιον III 139 Strattidis testimonio insigne (cf. P. II 93) = Babr. 32[2]), quamquam narratiunculae illae fabulae Aesopeae ne dici quidem possunt; atque sicubi ab animalibus proverbium repetitur, non respiciuntur ipsi mores natura eis insiti quales fabulis describuntur, sed hominum mirae quaedam opiniones certaque instituta et consuetudines, cf. M. III 107 Ἀκάνθιος τέττιξ, III 172 40 ἀφύα πῦρ, I 31 βοῦς ἐπέβη, I 71 βοῦς ἕβδομος, II 82 βοῦς Κύπριος, II 105 βοῦς ὁ Μολοττῶν, II 12 γλαὺξ εἰς Ἀθήνας all. Quo in genere maxime memorabile illud, quod *fabulae protagonistae volpes lupus leo aquila* a quibus proverbiorum recensionis volgatae plurima repetuntur, *ne commemorantur quidem in Athois.*[3]) Ceterum haec proverbia licet nonnulla bonae sint antiquitatis maximam tamen partem artem sapiunt *sophistarum recentiorum:* a quibus proverbiorum quae volgo dicuntur haud pauca profecta esse et ex ipsorum scriptis facile conliges et ex notabili Eustathii disputatione ad Od. ι 285 p. 1927, 5[4]), in qua nova 'proverbia' quomodo inveniri

---

1) Neque id mirum, si quidem Didymus non conlecturus videtur fuisse proverbia quam plurima, sed disputaturus de origine difficiliorum atque interpretandi ratione.

2) Cf. quae disputavimus 'Leipz. Stud.' II p. 213. De 48 cf. app. I.

3) Excepto I 87 λύκου πτερά· ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων κτλ., sed vides pro lupo quamlibet fere bestiam substitui posse nec mores eius respici, cum in volgatorum codicum proverbiis easdem partes agat atque in fabulis.

4) Nota: ἔχει δὲ καὶ ἄλλως ὁ καθ' ἕνα (?) τῶν κατ' ἄνθρωπον παροιμίας ποιεῖν ἐν τῷ ὁρμᾶσθαι ποθὲν δεξίως . . .; sequuntur exempla (notanda παροιμίαν ὑποκλέψας ἐκεῖθεν . . ., ὁρμηθεὶς ἐκ sim.), quorum unum φόρτος Αἰσώπειος ceteroqui omnino ignotum a scholastica quadam fabella repetitur.

possint exponit rhetorem aliquem Arriano (cf. p. 76) ut videtur recentiorem secutus.

Atque eiusdem originis notam etiam alii loci haud pauci videntur ferre, velut locutiones illae sententiaeque explicatione vix indigentes ἀδεὲς δέος, ἀδύνατα θηρᾷς, ἀγαθῶν θάλασσα, ἀκίνητα κινεῖν, ἀλλότριον ἀμᾷς θέρος, similia ab Athois prorsus aliena; item omnia omnino lemmata, ubi proverbiorum usus exquisitioribus testimoniis non adiectis quam brevissime inlustratur exilibus circumlocutionibus fere eodem ubique modo conformatis[1]) notatisque certis loquendi formulis: ex quibus frequentissima sunt παραινεῖ παραινοῦσα, παρεγγυᾷ παρεγγυᾶται, ὑποτίθησιν ὑποτίθεται et quae in B V D potissimum offendes adiectiva Byzantinorum consuetudine ex voculis illis formata παραινετική ὑποθετική χλευαστική sim.[2]) Alii loci tota forma discordant a Zenobio Athoo, in primis plurimi illi omnibus codicibus volgatis, praecipue autem Pseudodiogenianeis servati, in quibus complura proverbia sententias aut similes aut sibi contrarias inlustrantia sub uno lemmate componuntur:[3]) cf. ut in certissimis quibusdam exemplis me contineam testium consensu confirmatis D I 10 ἀγαθῶν θάλασσα· ἐπὶ πλήθους ἀγαθῶν. Ὡς καὶ τό, ἀγαθῶν σωρὸς καί, ἀγαθῶν μυρμηκιά. Ἐπὶ πλήθους γὰρ εὐδαιμονίας καὶ τοῦτο. Τὰ ἐναντία· κακῶν Ἰλιὰς καί, Λέρνη κακῶν: eadem exceptis ultimis illis τὰ ἐναντία κτλ. D V I 8, P I 9 sqq., B 11 sq.; P II 46 = D I 60 B 43 ἀκλητὶ κωμάζουσιν ἐς φίλων φίλοι, quocum componitur αὐτό-

1) Cave opponas, cogitari posse locos illos esse decurtatos; plerique enim Parisino servati sunt, quem singularum enarrationum ambitum integerrimum servasse demonstravimus conlatis proverbiis Athois.

2) Haec adiectiva (de quibus cf. mea Fleck. annall. 1881 p. 801 et quem postea cognovi Slothouberum l. s. s. p. 24) cum non modo non in M L inveniantur (cf. p. 63), sed ne in P quidem, ficta videntur ex verbis supra exscriptis a librario Byzantino qui codicum B V (D?) archetypon scripsit; nam similibus voculis Byzantini et sua ipsorum (cf. Matrang. anecd. Gr. VIII, ubi habes ἐπαινετικά, ἐπιτιμητικά, ἐρωτικά, κατανυκτικά, νουθετικά, σχετλιαστικά all.) et aliorum carmina (cf. e. g. inscriptiones carminum Theocriteorum et argument. Theocr. XIII) exornare solebant. Conferre possis etiam quae in Horatii codicibus invenies 'vocabula Graecanica' ab interpretibus adiecta: cf. E. Zarncke, dissertatt. Argent. III p. 275 sqq.

3) Cf. etiam Phot. II p. 242 N. s. v. ὑπέρου περιτροπή. Diversi generis sunt quae p. 95 sq. tractavimus.

ματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴαcιν; P II 79 = D III 58 sq. B 236 sq. βατράχῳ ὕδωρ· ὡc γαλῇ cτέαρ· ἐπὶ τῶν ταῦτα διδόντων οἷc χαίρουcιν οἱ λαμβάνοντεc. Εἴρηται δὲ καί, βοῦc εἰc ἄμητον, ἐπὶ τῶν μέγα ὠφελουμένων.[1]) Talia enim in Zenobio Athoo non invenies nisi uno loco III 119 (82) χαμαὶ ἀντλεῖc, ubi φακὸν κόπτειc L addit, πλίνθον πλύνειc P VI 48: sed cum inculcata sint in seriem proverbiorum ex comoediis repetitorum inter duo proverbia argumento coniuncta (cf. p. 71), aliena manu inserta videntur. Atque si quaeres, cui potissimum locutiones et proverbia similia hunc in modum composita usui fuerint, iterum rhetorum studia in mentem tibi venient.

Eodem te deducit indicium omnium gravissimum: *loci repetiti ex Luciano*, qui summa apud rhetores sophistasque recentiores florebat auctoritate, verum auctoribus Zenobii aetate multo est inferior. Cf. P I 61 B 90 D II 10 ἄκρῳ ἅψαcθαι τῷ δακτύλῳ (Lucian. vit. Demon. 4); P II 1 B 129 D I 70 DV I 52 ἄνθρακεc ὁ θηcαυρόc (Zeux. Hermotim.); P III 68 B 410 D IV 46 ἐλέφαντα ἐκ μυίαc ποιεῖν (musc. encom.); D V 22 B 497 V II 15 θυννίζειν (Iupp. tragod.); DV II 89 ἢ μύρμηξ ἢ κάμηλοc (Saturn. epist.). Quorum proverbiorum cum nullum in ML inveniatur, certe non modo testimonia Lucianea, sed ipsa etiam proverbia a vero Zenobio aliena sunt, cum praesertim nonnulla ex verbis Luciani temere ficta videantur.[2])

§ 2. **Lemmatum ordines ex alia proverbiorum conlectione atque e lexico repetiti.** Vides notas indiciaque, quibus

---

1) In D similes locos fere quadraginta invenies in prov. 1—300. Ceterum diasceuastae has proverbiorum series haud dubie multo in archetypo ampliores dirimere et amputare solebant, quamquam Diogenianeus etiam de suo invita Minerva quasdam auxit (cf. p. 28). Interdum ex enarratione sub diversis lemmatis ad verbum repetita olim coniuncta illa fuisse concludas, velut si P III 43 s. ἐγὼ δὲ καὶ cὺ ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν legimus ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήcια παcχόντων eademque infra 56 s. εἰc ἀcθενοῦνταc ἀcθενῶν ἐλήλυθα (versus tragicus?).

2) Novissimus qui in proverbiis Athois adhibetur auctor est Zeno Myndius grammaticus Polybii fere aequalis (M. III 161 = L 120 = P II 30), quem Didymo notum fuisse non est cur neges. Ceterum nonnulla ex Luciani illis, velut Muscae encomium, ne a Zenobio quidem adhiberi potuerunt, cum a Luciano sene scripta videantur.

Zenobiana discernamus ab 'interpolatis', haud pauca inveniri satisque certa. Sed simplicissima alia observatione multo etiam plus proficiemus. Nam proverbia suspecta si uno omnia conspectu perlustraveris, ea in singulis litteris se inter se excipere invenies et continua serie decurrere magis minusve longa, cf. ut in prioribus litteris me contineam P I 2—24, 33—46, 55—209, 271—282, 296—302, 310—338 (paucis exceptis) et plura exhibentem B 2—80, 85—142 (paucis exceptis), 162—193, 225—239, 247—255, 263—274, 279—333, 341—354; item proverbia Athoa non per universam volgatae farraginem quasi sparguntur, sed densissimis quibusdam coercentur acervis, cf. P I 48—54, II 10—32 (36), III 39—44, B 81—84, 142—156 (158), 276 sqq., 334—340. Itaque *in quibus volgatae recensionis partibus Athoae proverbia non reperiuntur, eis nullam omnino fidem esse* in propatulo est.

Iam vero quaeritur, unde amplae illae proverbiorum interpolatorum copiae haustae sint. Quod si divinatione assequi coneris, ad multos sane auctores provocare possis;[1]) sed modo et ratione progrediendum est. Qua in τριόδῳ λόγων ecce accedit dux viae M. Schmidtius. Is enim in 'Verisimilium' capite priore demonstravit, in copiis codicum volgatorum, in primis in B et D, series quasdam inesse proverbiorum binarum litterarum ordine dispositorum, contra alia 'densa tanquam agmina' huic ordini adversari, 'quae quis ad hanc coegerit militiam haud facile dixeris' (p. 3). Magnopere dissentit Iungblutius p. 19. Opinatur enim, eum qui volgatorum codicum archetypon composuerit primum quidem accuratiore litterarum ordine usum esse, deinde neglegentiorem factum nisi ubi facile fieri posset alterius litterae rationem non habuisse. Sed ubi Schmidtii illa perlustraveris, miraberis sane, quid sit quod diasceuasta in parte difficillima, quae est ᾱ littera omnium copiosissima, legem illam primum quidem religiose observaverit, deinde in pauculis omnino neglexerit, atque *per totum deinceps opus mira quadam constantia neglexerit observaveritque.* Alia animadversio omnes tollit dubitationes.

1) Pausaniam potissimum incusat Warnkrossius p. 39 47: qua opinione — alteram proverbiorum interpolatorum partem si respicis — non multum eum aberrasse a vero alio loco fusius exponam. Cf. infra p. 118 sqq.

*In proverbiis enim accuratius dispositis perpauca invenies ad Zenobium Athoum referenda eaque haud raro ordinem illum turbantia, contra pleraque omnia quae aliis de causis a Zenobio abiudicavimus; densa autem illa agmina proverbiorum minus accurate dispositorum omnia insunt in recensione Athoa.* Quod si quam luculentissime demonstrare vellem, trium illarum recensionum Parisinae Bodleianae Pseudodiogenianeae archetypo fieri si posset restituto copias integras adscribere et cum Athois componere deberem, sicut in meis ipsius exemplaribus proverbiis volgatis ubique apposui Athoa. Verum haec tam accurate persequi eius erit, qui novam Zenobii editionem adornabit. Nunc satis habeo rationem qua progrediendum sit breviter indicare particulis quibusdam Bodleianae potissimum recensionis examinatis utpote lemmatum numero ordineque amplissimae omnium et fidelissimae.

Sub ᾱ igitur binae litterae respiciuntur in proverbiis 1—21, ex quibus primo excepto *nullum omnino in M legitur;* etiam in eis quae sequuntur similis ordo hic illic pellucet, iterumque valet inde a 62 ad 141,[1]) in quibus uno loco (81—84 = M III 107 136 96 II 38) tenues Zenobii Athoi reliquiae reperiuntur. Iam inde a 142 ad 158 lex illa *nunquam non laeditur:* eaque *omnia in quattuor prioribus recensionis Athoae conlectionibus* leguntur, nam B 142 est M II 19, 143 = II 57, 144 = II 86, 145 = III 3, 146 = III 8, 147 = III 21, 148 = I 58, 149 = I 85, 150 = I 15, 151 = I 18, 152 = III 71, 153 = III 73, 154 = III 78, 155 = III 165, 156 = III 172, 157, 158 ad conlectionem IV spectant ubi 158 in L numero 26 notatum est.[2]) *Accuratissime* rursus disposita sunt 162—192 196 sqq.[3]), in quibus quod *Zenobii* sit *nullum* invenies. Reliqua turbata; Zenobii videntur 193 =

1) De 68 72 sqq. infra videbimus. Sub 106 ordine adversante Ἄργους γωνία scriptum est, ubi verius M III 160 Ἀμέλοθς γωνία.

2) 159 sq. in B miro casu locum mutarunt, cf. P I 20 et 43. Praedicanda Schmidtii est sagacitas, qui nullo eorum quibus nunc utimur subsidio adiutus 'Verisimil.' p. 21: 'a verbis inde ἁλιεὺς πληγείς (P II 14 = B 147) conlectionis Zenobianae color habitusque tantopere mutantur, ut nunc demum Zenobium ipsum audire mihi videar.'

3) Nisi quod 167 174 184 sq. suo loco omissa alieno supplentur.

II 61, 194 = I 39, 195 = III 130, 201 = III 132 (?). Similia est observare sub litteris $\bar{\beta}$ (240 sqq. = II 105 I 31 III 115; 245 = IV 2 indidemque 246; 255 sq. = IV 6 II 67; 259 sq. = III 148, II 51), $\bar{\gamma}$ (276 sqq. = II 12 III 139 116), $\bar{\delta}$ (334—340 = II 80 I 14 III 94 I 57 III 106 II 64). Sed quasi inter manus posita res est sub $\bar{\epsilon}$. Ibi enim quattuor facile dignosces proverbiorum series, quarum prima vehementer turbata 356—384 (incipiunt ab $\overline{\epsilon\nu}$ $\overline{\epsilon\mu}$ $\overline{\epsilon\nu}$ $\overline{\epsilon\iota}$ $\overline{\epsilon\mu}$ $\overline{\epsilon o}$ $\overline{\epsilon c}$ $\overline{\epsilon\gamma}$ . . .) fere *tota constat proverbiis conlectionum* I III IV (356 sqq. = I 7 8 20 24 26 29 33 34 42 50 67 . . .; 368 sqq. = III 80 91 110 117 131 138 153 154 158 162; 378 = IV 9 et 379 sqq. ad IV referenda). Altera 383—424 diligentissime secundum binas litteras digesta est,[1]) nisi quod duobus locis hic *ordo turbatur proverbiis Zenobii Athoi* (inter proverbia litterarum $\overline{\epsilon\lambda}$ intrusa 406 sq. = III 152 II 94 ab $\overline{\epsilon\nu}$, inter prov. litt. $\overline{\epsilon\nu}$ 416 = II 54 ab $\overline{\epsilon\kappa}$ incipientia), cum ex reliquis omnibus vix unum alterumve (400 = II 28; 426 = III 47?) ad eundem fontem possimus revocare. Ad tertiam seriem quaedam videntur referenda in alteram inculcata (384? 391 sq.; 397 399: $\overline{\epsilon\gamma}$—$\overline{\epsilon\nu}$); praeterea inde a 425 ad 435 pleraque ei vindicaverim. Quarta 437 sqq. sicut prima minus accurate disposita ($\overline{\epsilon\kappa}$ $\overline{\epsilon\iota}$ $\overline{\epsilon\upsilon}$ $\overline{\epsilon\lambda}$ $\overline{\epsilon\varphi}$ $\overline{\epsilon\iota}$ $\overline{\epsilon\upsilon}$ $\overline{\epsilon\kappa}$) praecipue conlectionum II et III proverbia continet (437 sqq. = II 21 33 36 63 81; 442 sqq. = III 18 42 52 65; cetera turbata).

Nec minus sententiae nostrae favent proverbia a $\bar{\zeta}$ incipientia, quae inde a 459 Ζαλεύκου νόμος cum cura disposita *in ML desiderantur*, cum quod antecedit ordinem turbans 458 Ζεύδου τῶν ἁλιευτικῶν κύρτων, misere illud corruptum, Zenobii Athoi sit III 55 falso ad $\bar{\zeta}$ litteram ex $\bar{\epsilon}$ translatum.[2]) Eadem observabis in ceteris litteris fere omnibus: quae ne taedium afferant fusiore disputatione non persequar, sed universam rem quam brevissime indiculo succincto perstringam. Itaque habes

---

1) Pauculis exceptis (velut 391 sq. 397 399) quae unde hausta sint infra apparebit.

2) Etiam 457 Ζωπύρου τάλαντα primo loco positum ordini adversatur: quo de vide infra p. 117.

| sub | cum cura disposita | turbata |
|---|---|---|
| α | A) 1—21 (αβ—αδ) 30—36 (αδ—αε) 49—55 (αε—αζ) 37—40 62—67 69—71 76—79 (αι) 81—141 (ακ—απ).<br>?B) 162—178 (αγ—αι) paucis exceptis 184—186 193 195 [207] (ακ) 179—183 187—192 (αλ) [52 56—61 (αμ—αρ)] 196—198 (αc ατ). [68 72 sq. (αφ—αχ)] *Zenobiana nulla* fere praeter 81—84, cf. p. 104. | 142—158 *Zenobiana Athoi* II 19 57 86 III 3 8 21 I 58 85 I 15 18 III 71 73 78 165 172 IV 26. |
| β | ?) 225 226 232—236 (βα) 237 —241 (βλ βο) [216—221 (βο)]?<br>?) 247—249 (βα) 250—254 (βο) ad unum omnia *a Zenobio aliena.* | 240 sqq. *Zenobiana* = M II 105 I 31 III 115; 245 = IV 2, indidem 246 ad excerptum A mythologicum pertinens; 255 sq. = IV 6 II 67; 259 sq. = III 148 II 51. |
| γ | B) 263—270 (γα γυ).<br>A) 279—310 (γα—γυ) *ne unum quidem Zenobianum.* [1] | 271—278; 276 sqq. *Zenobiana* II 12 III 139 116.<br>311—318; 313 sq. *Zenobiana* III 167 II 102. |
| δ | A) 319—329 (δα—δι) 341—346 (δι—δο); 347 sqq. dubia. *Zenobianum nullum.* | 330—340; 334 sqq. *Zenobiana* M II 80 I 14 III 94; I 57 III 106 II 64. |
| ε | A) 383—390 (εγ—ει) 393—396 (ει) 398 400 (ει) 401—405 (εκ—ελ) 408—415 (ελ—εν) 417—424 (εν—επ); de reliquis infra agetur.<br>B) 384? (εγ) 391 sq. (εκ) 397 399 (εμ εν); 425 sqq.? (επ) 431 sq. (ερ) [2] 434 sq. (ετ εφ) 447 452 ? (εφ εχ) ? *A Zenobio omnia aliena.* | 356—384 = *Zenobiana* M I 7 8 20 24 26 29 33 34 42 50 67 . . . III 80 91 110 117 131 138 153 154 158 162; 378 sqq. ex conl. IV 9 . . ., cf. infra p. 126.<br>406 sq. = M III 152 II 94; 416 = II 54.<br>437 sqq. = M II 21 33 36 63 81; 442 sqq. = M III 18 42 52 65. |
| ζ | A) 459—466 (ζα—ζω): *ne unum quidem Zenobianum.* | 458 = M III 55. |
| η | B) 467—472 (ηδ—ηc) *a Zenobio aliena* praeter 467 (?), nam pro- | 473—480 *Zenobiana* II 29 III 24 I 43 52 II 55 III 69 93 159; |

1) Refragatur unum 291 γάλα ὀρνίθων inter γῆc et γλαύξ intrusum. Nam 282 γηρᾷ βοῦc κτλ. (inter γα et γε) ex Mac. II 93 γέρων ὁ βοῦc corrigitur.

2) Nam 433 cum antecedente lemmate coniungendum videtur.

| | | |
|---|---|---|
| | verbii 472 ἦςάν ποτ' ἦςαν κτλ. forma Zenobiana legitur infra 776 (= M I 45). | reliqua ad 490 non minus turbata partim eodem (487 = III 40) spectant, partim ad conl. IV (486[b] = IV 14), partim ex lexico adscita (489 sq.). |
| θ | B) 491—497 (θα—θυ) *a Z. aliena* praeter 492 (= III 31?). | 498—503 *Zenobiana* M II. 20 73 III 29 I 78 III 87 I 30. |
| ι | 504 sq. ? ? | 508 sqq.? = M III 15 74 (140?) |
| κ | B) 531—567 (κα—κω) *a Z. aliena* pauculis exceptis, quorum unum 542 = III 12 ordinem interrumpit.<br>A) 580—583? (κα—κυ). | 514—526 excepto 516 dubio *Zenobii* III 128 156 I 1 22 44 48 82 III 98 104 108 109 129; 527—530 ex conl. IV, nam 528 sq. = IV 14 18.<br>568—586; in M inveniuntur 568—575 = II 3 8 11 37 42 93 III 7 13; 578 sq. = II 1 82; 585 sq. = II 46 87. |
| λ | B) 587 592—617 (λα—λυ) *a Z. aliena* tribus exceptis 596 sq. = III 150 66; 610 = III 14: quamquam ipsa eorum forma non videtur Zenobiana. | 588—591 = M I 19 76 87 III 95.<br>618—621 = M II 3 65 III 27 I 9.<br>622 sqq. dubia. |
| μ | B) 626—637 (με—μυ), ubi lemmata Zenobiana invenies 626 sq. = II 95 III 150; 629 = II 85; 635 = III 49, sed in singulis rebus mira interdum discordia.<br>A) 650—670 (με—μι), quorum *ne unum quidem lemma* in Athoo invenies. | 638—649 *Zenobiana* II 5 25 34 79 89 III 19 62 I 56 86; III 113 = 649; unum 648 aliunde petitum videtur, nam de 647 vide quae infra disputabimus.<br>672—675 ex parte, ut videbimus, Zenobiana; ad 675 cf. M III 25. |
| ν | B) 677—680 (να—νο). } *a Z.*<br>A) 684—698 (να—νυ). } *aliena* | In Zenobio Athoo nullum inest proverbium ab ν incipiens. |
| ο | B) 699—717 (οδ—οψ) *excepto* 700 *Zenobiano* III 134 et 710, quod ad 704 referendum et nescio quo casu divulsum videtur. Praeterea lemmata Zenobiana habes 699 = I 66; 701 sq. = I 81 II 17; 713 sq. = I 5 II 40, cetera utique ab eo aliena. | 718—746 *omnia in Athoo inveniuntur*, cf. Iungbluti tabulam p. 9 sq. cui adde 728 = III 23, 746 = III 149; quae sequuntur ex conl. IV potissimum fluxerunt, nam 747 sq. = IV 1 7; 750 = IV 11; 753 sq. Zenobiana II 91 III 4. |

| | | |
|---|---|---|
| π | B) 755—767 (πα—πυ) [1] *a Zenobio aliena* (praeter 762 = III 16?). A) 784—813 quamquam permutato ordine πρ (784—796) πο (797—812) πυ (813; 814 Byzantinum). *Zenobianum nullum.* | 768—783: 768—780 *Zenobian*[illegible] II 96 45 60 75 76 III 36 I 3 3[illegible] 45 73 III 85 89 119, cetera e[illegible] conl. IV, nam 782 sq. = IV 2[illegible] 25; dubium 781 (cf. M II 37). 815—817 *Zenobiana* 815 = I[illegible] 166, 817 = II 9. |
| ρ | B) 818—822 (ῥα ῥα ῥη ῥε ῥι) 832 (ῥο). A) 823—832 (ῥα—ῥω) *a Zenobio aliena.* | Proverbia a ρ incipientia no[illegible] inveniuntur in M L. |
| c | B) 833—851 (cα—cχ) *exceptis* 839 sq. *Zenobianis* (III 125), 850 Byzantino ordinem turbantibus; cetera fere *a Zenobio aliena* praeter primum 833 = I 68 ultimosque 847 = I 36; 849 = I 59. | 852—861 *Zenobiana* II 32 5[illegible] 57 83 III 44 45 92 54 53. |
| τ | B) 863—871 (τα—τυ) *a Zenobio aliena* exceptis primis 863 sq. = I 13 II 66. ?A) 912—916 (τη το τυ)? praeter 916 (= M III 6) *a Zenobio aliena.* | 872—911: 872—903 (excepto 896 versu gnomico ex florilegio interpolato, ut alia multa) *Zenobii* II 10 39 50 72 98 107 99 100 108 III 20 50 38 56 58 59 I 2 11 46 47 51 55 61 62 63 74 77 II 1 III 84 120 146 174; 904—909 ex conlectione IV 4 8 20 27 28; 910 sq. dubia. |
| υ | B) 917—921 (υπ υc υφ) *a Zenobio aliena.* | 923—928 *Zenobiana* III 48 II 74 III 33 I 69 10 praeter 928 = conl. IV 3. Zenobiano 923 adhaesit novicium illud 922 ab eadem voce incipiens. |
| φ | ? 929 sq., 937—939 φα *a Zenobio aliena.* | 931—934 936 *Zenobiana* II 15 44 71 III 103 102: cf. Iungbl. p. 11. |
| χ | B) 940—948 (χα—χυ) *a Zenobio aliena.* | 949—951 *Zenobiana* III 121 II 97. |
| ψ | B) 952 954 (ψυ)? *a Zenobio aliena.* | 953 = M III 122 inculcatum inter duo illa prov. a ψυ incipientia. |
| ω | B) 957—959? (ωτ ωλ ωc) *a Z. aliena* praeter ultimum (= III 168?) | 956? = M III 51. |

1) Excepto 764, quo recensio Bodleiana recentissimo tempore interpolata videtur, ut 633 681 sq. 850, quorum nullum legitur in P (D?).

Sub litteris $\bar{\iota}$ $\bar{\psi}$ $\bar{\omega}$ in hac lemmatum paucitate (8 3 5) certi nihil efficies; sub ceteris omnibus tabula inspecta et cum Bodleiano Gaisfordi ceterisque composita observabis quod supra posuimus: *turbata* illa agmina *Zenobiana* esse, *accuratius disposita* non inveniri in Athoo, sed complecti omnia fere proverbia aliis de causis (cf. § 1) *suspecta*. Iam manifestum tenemus diasceuastam eundemque interpolatorem. Nam cum proverbia Zenobii quo facilius adhiberi possent neglegenter in singulas litteras digereret, amplissimas cum eis coniunxit copias proverbiorum accuratissime ita dispositorum, semper ut binae litterae respicerentur vel etiam plures. Atque si series proverbiorum interpolatorum A littera in tabula denotatas perlustraveris et quae de eis supra disputavimus memoria repetieris, conlectionem, unde haustae sint, tota ratione a Zenobiana diversam fuisse invenies. Enarrationes plerumque brevissimae certis formulis instructae; similia proverbia sub uno lemmate componuntur; scriptorum testimonia infrequentia occurrunt eorumque tantum qui etiam recentioribus triti erant et pro exemplari esse solebant, velut Platonis (B 89 113 323 350 767 826) Homeri (P I 93 D I 83) Luciani fabellarum Aesopearum (cf. § 1 p. 99 sq). Ad haec si ipsum ordinem, quo nihil curatur nisi quaerentium commoditas, in rationes intuleris, facile concedes, talem conlectionem non elaboratam esse ab homine qui de proverbiorum origine et natura docte disputaret, sed consutam a rhetore vel sophista recentiore *post Luciani aetatem*, cuius loci (B 90 129 410: cf. § 1 p. 102) fere omnes in fragmentis ex illa repetitis inveniuntur.

Iam cuivis uni sponte in mentem venturum esse credo frustuli illius quintae conlectionis in M L servati. Eodem ordine accurate disposita sunt 29 illa lemmata in M, 67 in L servata;[1]) similia ubique proverbia congregantur plurima; testimoniis omnino parcitur nisi quod unum exstat Homeri M p. 378 s. ἀκαρπότερος ἀγρίππου = L 43. Adde quod plurima proverbia ab animalibus repetuntur M p. 376 L 34 παρ'

1) Nam L 6 ante μυρμηκιὰ addendum ἀγαθῶν (cf. P), 16—18 αἰθίοπα cμήχειc . . . ἀνέμουc θηρᾷc . . . ἀέρα παίειc eandem fere sententiam inlustrantia male nunc disiuncta; primum locum olim obtinuisse videtur quod nunc ultimum est. Additicia non curo.

ὄνῳ λυρίζεις, p. 377 L 38 ἀφωνότερος κίχλης καὶ τῶν ἰχθύων, L 11 (Graux 9) ἀγρία μέλιττα, praecipue a volpe M p. 378 sq. L 44 46 50, aquila L 14 15 19, leone L 17 13 (Gr. 12) integraeque fabellae narrantur M p. 376 L 33 . . . καὶ τό, Ἐφ' ἑαυτὴν αἶξ τὰ κέρατα. Αἶξ γάρ, ὥς φασι, τόξῳ βληθεῖσα καὶ τὸ τόξον ἰδοῦσα τοῦτο εἰρήκει, ὡς ἄρα καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα ἔφυσε, item in subsequente κορώνη τὸν σκορπιόν (Aesop. Halm. 207), L 16 (Gr. 28) Αἰθίοπα σμήχεις et καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν ποιεῖς (Aes. H. 13 187 Babr. 109), 30 (Gr. 39) αἶξ οὔπω τέτοκεν κτλ.[1]) Nonne quasi adumbrationem quandam tenemus conlectionis illius, qua diasceuasta usus sit? Quamquam — ingenue verum ut fatear — ipso colore sermonis Athoa ab illa sane discrepat. Sed discrimen facit *ordo proverbiorum*, qualem cognosces ex his locis conlectionis M V et Zenobii volgati:

| M p. 379 sq. (L 54 sqq.) | P I 77 sqq. (B 105 sqq.) |
|---|---|
| Ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον (L 54). Ἐπὶ τῶν ταχέως ἀνυομένων. | 77 Ἅμ' ἔπος κτλ. ut M, sed post ταχέως addit τε καὶ ὀξέως. |
| Ἄμβρις μαίνεται (L 55). | Om. P. Cf. B 52. |
| Ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. Ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων καὶ τῆς χάριτος εὐθέως ἐπιλανθανομένων. | 81 Ἅμ' ἠλέηται κτλ. ἐπὶ τῶν εὐεργετουμένων καὶ παραχρῆμα τῆς χάριτος ἐπιλανθανομένων. |
| † Ἅλας (scr. ἄμας) ἀπήτουν οὐδ' ἀπηροῦντο σκάφας. Ἐπὶ τῶν † ἄλευρα μὲν ἀπαιτουμένων, † ἅλας δὲ μὴ ἔχειν λεγόντων. | 83 Ἄμας ἀπήτουν, οἱ δ' ἀπηρνοῦντο σκάφας (rectius). ἐπὶ τῶν ἄλλα μὲν ἀπαιτουμένων, ἄλλα δὲ μὴ ἔχειν ἀρνουμένων. |
| Ἀνάγκᾳ οὐδὲ θεοὶ μάχονται κτλ. | 85 Ἀνάγκῃ κτλ. explicatione cum B 112 omissa. |
| Ἀνὴρ δὲ φεύγων οὐ μένει λύρας κτύπον. Ἐπὶ τῶν ἀνάγκην ἐχόντων τι τελέσαι. | 86 Ἀνὴρ κτλ. ἐπὶ τῶν ταχέως καὶ ὀξέως (cf. 77) ὀφειλόντων ἕκαστα πράττειν. |

Iam haec cum composuissem stabat iudicium; nam idem ille ordo a diversis hominibus non poterat institui. Quid si

1) Haec 'Leipz. Stud.' II 218 haud satis apte rettuli ad Babr. 125, cui altera tantum pars ἔριφος δ' ἐπὶ δώματι παίζει convenit. Veram interpretationis viam indicabit Lobeck. Aglaoph. p. 981 (ubi habes Latinum 'Saltat senex salva res est' ex Festo et Serv. Aen. VIII 110) atque Kock. ad Phryn. fr. 9 p. 372.

etiam Laurentiana, quorum nuperrime demum Iungbluti comitate notitiam accepi, consulimus haec:

| | L V (XVIII 1) | P | B | D |
|---|---|---|---|---|
| 1 | Ἄβρωνοϲ βιοῖ βίον Gr. 1 | 4 Ἄ. βίοϲ | 2 | 2 |
| 2 | ἀγορὰ Κερκώπων Gr. 7 | 5 | 3 | 3 |
| 3 | Ἀγαθώνειοϲ αὔληϲιϲ | 2 | 7 | 7 |
| 4 | ἀγορὰ λύκειοϲ Gr. 8 | — | — | [II 49?] |
| 5 | ἀγαθὴ καὶ μᾶζα κτλ. Gr. 2 | 12 | 4 | 4 |
| 6 | ⟨ἀγαθῶν⟩ μυρμηκιὰ καὶ ϲωρὸϲ ἀγαθῶν κτλ. Gr. 4 | 10 11 9 | 12 11 | 10 |
| 7 | ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυεϲ κτλ. Gr. 3 | 14 | 13 | — |
| 8 | ἁγνότεροϲ πηδαλίου Gr. 6 | — | — | 11 |
| 9 | ἀγρὸϲ ἡ πόλιϲ κτλ. Gr. 10 | — | [164] | [II 47] |
| 10 | ἀγαπτότεροϲ αὔου βάτου Gr. 5 | 16 ἀγναμπτότατοϲ βάτοϲ αὖοϲ | 17 ἀ. β. | 13 ἀγναμπτότεροϲ βάτου αὔου |
| 11 | ἀγρία μέλιττα Gr. 9 | — | — | — |
| 12 | Ἀδώνιδοϲ κῆποι Gr. 13 | — | 18 | 14 |
| 13 | ἀδεὲϲ δέδοικαϲ δέοϲ | — | 20 ἀδεὲϲ δέοϲ | 16 |
| 14 | ἀετὸν ἵπταϲθαι διδάϲκειϲ Gr. 14 | II 49 | 49 | 65 |
| 15 | ἀετὸϲ ἐν νεφέλαιϲ ἱπτάμενοϲ | II 50 ἀ. ἐν. ν. | 50 | 67 |
| 16 | Αἰθίοπα ϲμήχειϲ | I 46 Αἰ. ϲμήχων | 76 | 45 |
| 17 | 18. Gr. 17 | — | — | [II 27 sq.] |
| 19 | ἀετοῦ γῆραϲ κτλ. Gr. 20 | II 38 | 36 | 56 |
| 20 | αἰεὶ τὰ πέρυϲι βελτίω Gr. 16. | — | [175] | [II 54] |
| 21 | ἀεὶ γεωργὸϲ κτλ. Gr. 15 | II 43 | 40 | — |
| 22 | ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουϲι κτλ. | II 44 | — | 58 |
| 23 | ἀεὶ φέρει τι Λιβύη κτλ. | II 51 | 51 | 68 |
| 24 | Ἀζαναῖα κακὰ Gr. 21 | II 54 Ἀζάνια κ. | 55 | 24 |
| 25 | Αἰγύπτου πότμοϲ | — | [176 Αἰ. γάμοϲ] | [II 55] |
| 25b | αἰδὼϲ ἐν ὀφθαλμοῖϲ κτλ. Gr. 27 | — | [172] | — |
| 26 | 27 Gr. 23 29 | — | — | — |
| 28 | αἵματι κλαίω | I 34 | 63 | 32(αἵμαϲι) |
| 29 | αἱροῦντεϲ ᾑρήμεθα | I 35 | — | 33 |
| 30 | αἱ Χάριτεϲ γυμναὶ Gr. 34 | I 36 | 64 | 34 |
| 31 | αἲξ οὔπω τέτοκεν κτλ. | I 42 | 70 | 40 |
| 32 | Αἰάντειοϲ γέλωϲ Gr. 22 | I 43 | 71 | 41 |

Vides in universa hac lemmatum serie ordinem Laurentiani satis apte concinere cum codicibus volgatis, quamquam utrosque vehementer turbatos esse apertum est. Adde quod etiam in proverbiis compositis comparatisque summa perspicitur similitudo, cuius rei multa sunt exempla, velut

| L | |
|---|---|
| 2 Ἀγορὰ Κερκώπων· ἐπὶ ϲυμμορίαϲ πονηρῶν καὶ κακοήθων ἀνδρῶν . . . ἐπὶ τούτων καὶ τὸ Λύκου δέκαϲ. | D 3 Ἀ. Κ.· ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων. Κέρκωπεϲ γάρ τινεϲ ἀπατεῶνεϲ ἐγένοντο κτλ. . . . Ὁμοία τῇ Λύκων δεκάϲ. |
| 5 Ἀγαθὴ καὶ μᾶζα μετ' ἄρτον· ἐπὶ τῶν . . . τὸ δεύτερον ἐξ ἀνάγκηϲ ἀϲπαζομένων· ἐπὶ τούτων καὶ τὸ· ἂν μὴ παρῇ κρέαϲ κτλ. | D 4 Ἀ. κ. μ. μ. ἄ.· ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερά τιϲι διδόντων. ὁμοία τῇ· δέχεται καὶ βῶλον ἀλήτηϲ, ⟨καὶ τῇ⟩. 5. ἂν μὴ π. κρ. κτλ.[1] |
| 6 ⟨Ἀγαθῶν⟩ μυρμηκιὰ καὶ ϲωρὸϲ ἀγαθῶν καὶ ἀγαθῶν θάλαϲϲα καὶ ἀγαθῶν πηγή· ἐπὶ τῶν εὖ ποιούντων καὶ ἐπὶ τῶν εὐδαιμόνων ἀνδρῶν. | D 10 (= P 9—11, B 11 12) Ἀγαθῶν θάλαϲϲα· ἐπὶ πλήθουϲ ἀγαθῶν. Ὡϲ καὶ τὸ· ἀγαθῶν ϲωρόϲ, καὶ· ἀγαθῶν μυρμηκιά· ἐπὶ πλήθουϲ γὰρ εὐδαιμονίαϲ καὶ τοῦτο (ταῦτα ?). Τὰ ἐναντία· κακῶν Ἰλιὰϲ κτλ. |
| 14 Ἀετὸν ἵπταϲθαι διδάϲκειϲ καὶ δελφῖνα νήχεϲθαι παιδεύειϲ· ἐπὶ τῶν ἐκεῖνά τιναϲ διδάϲκειν ἐπιχειρούντων, ἃ οὗτοι ϲαφῶϲ γινώϲκουϲιν. | B 49 (= D I 65) Ἀ. ἵ. δ. Ὁμοία τῇ· δ. ν. διδάϲκειϲ. Ἐπὶ τῶν θελόντων διδάϲκειν τινὰ ἃ ἐπίϲταται. |
| 17 Ἀνέμουϲ θηρᾷϲ· θάλαϲϲαν ἀντλεῖϲ· ψάμμον μετρεῖϲ κτλ.· ἐπὶ τῶν ἀδυνάτοιϲ ἐπιχειρούντων. | D II 27 Ἄμμον (= ψάμμον) μετρεῖν· ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. 28. Ἀνέμουϲ θηρᾶν ἐν δικτύοιϲ· ἐπὶ τῶν ὁμοίων (corr. ex ὅμοιον).[2] |
| 31 Αἶξ τὴν μάχαιραν (= M p. 376). | Cf. D. I 52, qui eadem fere componit. |
| 34 Αἰγιαλῷ λαλεῖϲ κτλ. (= M p. 376). | P I 38 sq. D I 37 sq. simillima. |

1) D 5 cum antecedente coniungendum esse vidit iam Schmidtius l. s. s. p. 3.

2) Cf. Schmidt. p. 4, qui lemmata illa coniungenda esse dudum recte observavit, ut supra.

| | |
|---|---|
| 38 Ἀκάνθιος τέττιξ κτλ. (M. p. 377). | D I 49: primum et ultimum proverbiorum compositorum, ut saepius, excerpta. |
| $46^{b}$ Ἁλιεὺς πληγεὶς κτλ. (M p. 378). | D II 31, ubi priora duo invenies. |
| 53 Ἄλλος οὗτος Ἀρεοπαγίτης κτλ. (M p. 379). | D II 91: I 8. sub Ἀγέλαστος πέτρα eadem composita. |
| 54 Ἄμ' ἔπος κτλ. (M p. 379). | B 510: eadem sub Ἴδ' ἀφύη πῦρ. |

Nullus hercle dubitationi relictus est locus. *Zenobius volgatus interpolatus est ex conlectione aliqua Millerianae V plane gemella,* sed quae et per omnes litteras continuabatur[1]) neque ea qua M IV barbarie erat infecta, quod singulis utriusque recensionis locis conlatis facile concedes. Iam cum praeter tres Zenobii libros et novam hanc conlectionem nunc primum ex ruderibus codicum volgatorum erutam etiam quartae Pseudoplutarcheae fragmenta in eis inveniantur frequentissima, *ipsas quinque illas series easque multo quam in M L integriores in codicum volgatorum archetypo compositas exstitisse consequitur.*

At qui factum est, ut quinta codicum M L conlectio in volgatis speciem prae se ferat tam diversam, vix ut cognosci possit ceteris multo inter se similioribus? Prima causa ipsa eius est indoles. Nam usui cotidiano scholaeque aptiorem eam fuisse vidimus Zenobiana et Plutarchea:[2]) itaque cum saepissime consuleretur, paullatim, ut fit in hoc genere librorum, penitus immutabatur novabaturque et diversis quasi recensionibus ferebatur. Praeterea cum in fine totius illius corporis posita esset, in archetypo codicum M L ultimis pagellarum fasciculis amissis legebatur mutilata atque cum excerptis illis in capite II tractatis coniuncta est, quorum nullum sane in ceteris codicibus invenitur vestigium. Omnino autem *recentissima fragmenti Athoi et Laurentiani est forma* totaque debetur magistellis Byzantinis. Ab exemplari multo meliore volgata recensio pendet: id quod tribus exemplis satis habeo

1) Quamquam paullatim deficit sub litteris ultimis: quod miri nihil habet in illis, cum praesertim inde ab initio similia proverbia sub eodem lemmate componantur: ut in fine nulla fere intacta esse possint.

2) Itaque *λ omnia fere Athoi proverbia in ea servavit.

inlustrare, quamquam singula fere proverbia conlata confirmabunt:

L 38 (Gr. 31) Αἶξ τὴν μάχαιραν· ἐπὶ τῶν ποιούντων τι καθ' ἑαυτῶν· αἰγὸς γὰρ θύεσθαι μελλούσης, ἐπεὶ μαχαίρας ἠπόρει ὁ θῦσαι θέλων σκαλεύσασα τοῖς ποσὶν αὕτη τὴν γῆν μάχαιραν ἀνέφηνε κεχωσμένην, μεθ' ἧς αὐτὴν ἐσφαγίασεν.

P I 27 Α. τ. μ.· παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς τι καθ' ἑαυτῶν ποιούντων, ἀπὸ ἱστορίας τοιαύτης. Κορίνθιοι θυσίαν τελοῦντες Ἥρᾳ ἐνιαύσιον τῇ ὑπὸ Μηδείας ἱδρυνθείσῃ καὶ Ἀκραίᾳ καλουμένῃ, αἶγα τῇ θεῷ ἔθυον. Τινὲς δὲ τῶν κομισάντων μισθωτῶν ἔκρυψαν τὴν μάχαιραν καὶ σκηπτομένων ⟨ἐπιλελῆσθαι⟩ ἔνθα ἀπέθεντο, ἡ αἶξ τοῖς ποσὶν ἀνασκαλεύσασα ἀνέφηνε κτλ.[1])

---

L 39 M p. 377. Ἄκρον λάβε καὶ μέσον ἕξεις· τούτῳ χρώμεθα ὅταν τινὰ τὸ αἴνιγμα τὸ δωρηθὲν νοῆσαι προτρεπώμεθα· χρησμὸς γὰρ τοῦτο ἐδόθη τοῖς Αἰγινήταις ἐκπεσοῦσι τῆς πατρίδος, οἳ συμβαλόντες τὸ ῥηθὲν καὶ ἀκρωτήριον κατασχόντες μέσον ᾤκησαν.

P I 57 Ἄ. λ. κ. μ. ἕ.· ἐπὶ τῶν δυσφράστων καὶ δυσνοήτων. Οἱ γὰρ τὴν Αἴγιναν οἰκήσαντες, πολέμῳ ἐκπεσόντες τῆς πατρίδος ἐχρήσαντο τῷ θεῷ· ὁ δὲ τὸ εἰρημένον αὐτοῖς ἀνεῖλεν· οἱ δὲ συμβαλόντες τὸν χρησμόν, ἀκρωτήριόν τι κατασχόντες κατὰ μέσον ᾤκησαν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας ὅταν τι δυσνόητον θέλωμεν αἰνίττεσθαι, χρώμεθα τῷ προειρημένῳ.[2])

---

L 51 M p. 379 Ἄλλα μὲν ὁ Λάκων λέγει, ἄλλα δ' ὁ Λάκωνος ὄνος φέρει. Ἐπὶ τῶν ἀσυμφώνως τοὺς λόγους τοῖς ἰδίοις ἔργοις παρεχομένων. Παρόσον οὗτος μέλι τὸν ὄνον (L, ὅλον M) φορτώσας ἐξαπατῆσαι τοὺς τελώνας βουλόμενος, ἐπεὶ τί ἄγει ἐρωτηθεὶς κριθὰς εἶπεν, ὁ ὄνος ὀλισθήσας τοὺς ἀσκοὺς τοῦ μέλιτος ἐφανέρωσεν.

P I 74 Ἄλλα μὲν Λεύκων λέγει, ἄλλα δὲ Λεύκωνος ὄ. φ.· λέγεται μὲν ἐπὶ τῶν ἀσυμφώνως (— νους Finckh. p. 5) τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους παρεχομένων. Λεύκων γάρ τις γεωργὸς μέλιτος ἀσκοὺς εἰς φορμοὺς ἐμβαλὼν ἐκόμιζεν Ἀθήναζε.[3]) Κριθὰς οὖν τοῖς φορμοῖς ἐμβαλὼν ὡς ὑπὲρ κριθῶν ὀλίγον εἰσπραχθησόμενος τέλος ἐκόμιζε. Τοῦ δ' ὄνου πεσόντος, οἱ τελῶναι βοηθῆσαι βουλόμενοι ἔμαθον ὅτι μέλι ἐστὶ κτλ.

---

1) Zenobii Athoi II 30 δις τὴν μ. servavit B 723 = App. IV 16.

2) Cf. B 87; aliunde petitum B 207 ubi Ἀπελλαῖοι (Πελληναῖοι Mueller) sunt pro Aeginetis et Alexandridis (cf. p. 79) testimonium profertur.

3) Fluxisse haec videntur ex Leuconis comici ὄνῳ ἀσκοφόρῳ (Kock. p. 703): cf. Boeckh. Oecon. Att. I² p. 438 sq.

Vides singula mirum saepe in modum consentire; sed universa forma misere corrupta et contracta est in recensione Athoa. Verum etiam codicum volgatorum diasceuastae non vacui sunt culpa. Nam proverbia sub singulis lemmatis composita si quae servabant semper enarrationibus privaverunt, plerumque autem omnino divellerunt et alia alio loco inseruerunt vel adeo omiserunt. Quo simul proverbia accuratiorem ordinem turbantia quae Zenobio vindicare non licet unde potissimum fluxerint in codices volgatos optime intellegitur.[1])

Iam vero ad magnam accedimus aliam quaestionem. Non sine causa quae de conlectione V inserta coniecimus ad eas solas proverbiorum series supra p. 109 relata sunt, quae A littera notantur in tabula p. 106 sqq. descripta. Reliquas enim (B) eiusdem esse fabricae nego atque pernego. Nec longa disputatione opus est in re apertissima comprobanda. Mira hercle excerptoris esset constantia, qui opusculum illud litterarum ordine dispositum transcribens identidem sub singulis litteris ($\bar{\alpha}$ $\bar{\gamma}$ $\bar{\epsilon}$ $\bar{\kappa}$ $\bar{\mu}$ $\bar{\nu}$ $\bar{\pi}$ $\bar{\rho}$ $\bar{\tau}$) amplas proverbiorum series omitteret et ordine diligenter servato seiunctas adiceret! Alterutra igitur series sub singulis litteris aliunde est repetita. Iam pergratum accidit, quod, cum alterae (A) ubique intima illa propinquitate quasi contingant conlectionis V fragmentum, alterae (B) universa indole plus minusve ab eo solent distare. Nam qui ea disposuit *non modo binas litteras videtur respexisse,* ut conlectionis V auctor, sed *trinas* plerumque *vel quaternas vel etiam plures;* atque transcripsit etiam requisitioris doctrinae copias ad *res iudiciales* potissimum publicasque Atticorum pertinentes (cf. 162 175 254 264 399 431—435 532 630 678 717 819 849 943) neque adeo poetarum scriptorumque antiquorum *testimoniis* carentes: velut 57 citatur Pherecrates, 164

---

1) De origine conlectionis quintae fusius exponere non est huius loci. Diogenianus, de quo facile quis cogitaverit, ne nunc quidem ullam habet fidem. Ceterum etiam dicendi usu certisque quibusdam locutionibus haec proverbia a ceteris omnibus satis probabiliter discerni poterunt. Quo in genere quae satis multa iam contuli e scriniis ne promam eo prohibeor, quod tales quaestiones ea qua opus est ἀκριβείᾳ tractari non possunt nisi paroemiographorum editione vere critica adornata.

Epicharmus, 198 Euhemerus ἐν ἱερῷ λόγῳ,[1]) [254 Lysias, 264 Phaedrus (?) archon], 266 Solo et Thales, 268 Aristophanes, 471 'ἔνιοι', 553 Aristophanes, 555 Plato ὁ κωμικὸς, [596 Euaenetides, Phrynis, Terpander], 606 Euripides, 617 Pherecrates, 632 Euripides, 708 Aristophanes, 715 Crates, 759 Aristophanes, 767 Plato, 819 Antigonus Carystius, 865 Aristarchus, 868 Demosthenes, 918 Dinolochus, 940 'ἔνιοι', 942 Aristophanes, 945 Aristophanes et Sophocles. Praeterea lemmatum explicandorum ratio antiquissimam doctrinam optimamque redolet atque — quod pluribus exponere nunc supersedeo — ipse loquendi usus et universo colore et certis quibusdam formulis a quinta conlectione longe diversus.

Iam si quaerimus, unde copiae illae tam amplae haustae sint, aptissimam nobis quasi ansam dant quae in capite primo (§ 2 p. 17 21) observavimus de glossis locutionibusque ad lexicon referendis. Eae enim tantum non omnes in his proverbiorum ordinibus inveniuntur a conlectionibus Athoi omnino alienis. Cf. B 267 384 sq. 392 (ἀντὶ τοῦ . . .) 397 425 (ἐλέγετο δὲ . . .) 432—435 493 496 sq. 553 561[2]) 599 (. . . καλοῦνται) 600 612 (Λύκειος . . . ἐπίθετον, προπερισπωμένως in P) 630 (εἴη ἂν . . . δικαστήριον) 678 704 710 712 716 818 819[3]) 821 837 842 sq. 865 sq. (Ἀρίσταρχος κατὰ ἀντίφρασιν ἀκούει . . .) 941 943 944 (βέλτιον δὲ . . . ἀκούειν) 957 (ἄμεινον δὲ λέγειν . . . τοῦτο γὰρ ἡ λέξις δηλοῖ). Quae si e lexico repetiit diasceuasta, credi non potest neque alienigenis pro-

1) Ἄτλας τὸν οὐρανὸν etiam in conl. V, sed sub lemmate αἲξ τὴν μάχαιραν. Item 164 ἀγρὸς τὴν πόλιν leviter mutatum ἀγρὸς ἡ πόλις ἐγένετο (9), atque 172 = V 25ᵇ, 175 = V 20, 176 = V 25, 181 = V 55: verum neque ordo satis concordat nimisque multa in conl. V desiderantur: itaque illa aut a vero loco depulsa sunt aut utrimque olim exstiterunt.

2) Locus a diasceuasta mutatus, integrior P IV 70: cf. p. 17.

3) De hoc loco (Ῥαμνουσία Νέμεσις = P V 82) verissime iam Wilamowitzius 'Antigonos' p. 10: 'das ist kein sprichwort, wie es denn auch in den anderen sammlungen nicht wiederkehrt, sondern eine interpolation, übrigens eine alte, da Hesych.' — quem volgata recensione usum esse etiam alii loci indicio sunt, velut B 469 — 'den anfang . . . abgeschrieben hat. ursprünglich ist dies ein *artikel irgend eines Wörterbuches, wol eines rhetorischen,* obwol sich darüber zur klarheit nicht gelangen lässt, da ein offenbar hiermit verwandter artikel bei Photius steht . . .' Quae sagaciter divinata ipsa re nunc rata fiunt.

verbiis eum illa inserturum fuisse tanta diligentia nusquam fere ut ordo eorum turbaretur, neque quae nullum lexicon non continebat vera proverbia indidem non mutuaturum. *Integri igitur illi ordines e lexico sunt deprompti.*

Quae sententia haud mediocrem acciperet auctoritatem fidemque, si lexici illius vestigia in tenuibus huius litterarum generis quae ad nostram aetatem pervenerunt reliquiis indicare liceret. Neque spes fallit. Suida quidem et Hesychio in hac quaestione uti non possumus, cum ex ipso Zenobio — eoque fortasse recensionis volgatae — ditati videantur. Sed ipse *Photius*, qui Zenobio nusquam est usus, quam maxime facit in nostram rem: nam *interpolata illa proverbia pleraque omnia, haud raro eisdem verbis enarrata, apud illum reperiuntur.* Quae observatio ad Photium magis lexicographosque pertinens quam ad paroemiographos cum satis commode explicari transigive non possit nisi vasta exemplorum mole cum cura tractata quaestionibusque de Photi auctoribus exceptis confectisque, alio loco fusius exponetur, nunc autem primis tantum lineis quasi adumbrabitur.

Paucis igitur ordinibus interpolatis cum Photianis comparatis rem conficiam. Atque cum sub $\overline{\alpha}$ $\overline{\epsilon}$ $\overline{\kappa}$ $\overline{\varphi}$ $\overline{\psi}$ bona lemmatum pars, sub $\overline{\beta}$ $\overline{\gamma}$ $\overline{\delta}$ omnia omnino in Photii lexico desiderentur coniecturis quae de his partibus proferri solent omissis ex reliquis quaedam eligamus inque usum nostrum convertamus. Itaque habes

B 457 = P IV 9

Ζωπύρου τάλαντα· Ζ. ὁ Πέρcης βαcιλεῖ χαριζόμενος, μαcτιγώcας ἑαυτὸν καὶ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα ἀφελόμενος εἰcελθὼν εἰc Βαβυλῶνα ⟨καὶ πιcτευθεὶc⟩ διὰ τὰ περὶ τὸ cῶμα προὔδωκε τὴν πόλιν. [Ὕcτερον δὲ Δαρεῖος ἰδὼν αὐτὸν εἶπεν, Ἤθελον Ζώπυρον cῶον ἔχειν ἢ μυρίας μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν.] Ἐκ μεταφορᾶc οὖν εἶπε τάλαντα ⟨καὶ⟩ ζυγὰ οἱον⟨εὶ⟩ ἔργα καὶ πράξεις.[1])

Phot. I p. 250 N.

Ζ. τ.· Κρατῖνος ἐν Πυλαίᾳ· τοῦτόν φηcι Θεόπομπος . . . Πέρcην ὄντα ὑπὸ φιλοτιμίας χαριζόμενον βαcιλεῖ μαcτιγῶcαι ἑαυτόν· καὶ τῆc ῥινὸc καὶ τῶν ὤτων ἀποcτερήcαντα εἰcελθεῖν εἰc Βαβυλῶνα καὶ πιcτευθέντα διὰ ταύτην τὴν κακουχίαν καταλαβεῖν τὴν πόλιν· ἐκ μεταφορᾶc οὖν εἶπε τάλαντα καὶ ζυγά, οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις.

1) Ex P adscita sunt verba uncinis ⟨ ⟩ inclusa; saepta cancellis [ ] in P desiderantur.

Cratini locum diasceuastam Zenobii temere omisisse εἶπε vocula arguit in fine servata, ad quam subaudiatur necesse est poeta. Reliquorum proverbiorum (= conl. IV) ne unum quidem invenitur apud Photium, qui sub ζ̅ proverbiis omnino caret.

Verum hic quidem locus non legitur in continua proverbiorum serie. Itaque magis etiam accepta nobis sunt lemmata sub η̅ quae sunt:

| B 467 = P IV 19 | Phot. I p. 253 |
|---|---|
| ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν· τῆς χελώνης ὀλίγα βρωθέντα τὰ κρέα στρόφους ποιεῖ, πολλὰ δὲ καθαίρει· ⟨ὅθεν ἡ παροιμία. Ἕτεροι δὲ ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ὁρμᾶν ἐπί τι πρᾶγμα, στρατευομένων (corr. στραγγευομένων?) δέ. Φασὶ δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι⟩. [1] | eadem fere praebet quae B, uno loco excepto: ὅθεν καὶ τὴν παροιμίαν Δήμων· ἕτεροι δὲ ἐπὶ τῶν ἀποδύντων μὲν ⟨ἔς τι⟩ πρᾶγμα, [2] στρατευσαμένων [3] δὲ κτλ. |
| **B 468** | **Phot. p. 257** |
| ἡ κύων ἐν τῇ φάτνῃ· πρὸς τοὺς μήτε ἑαυτοῖς χρωμένους μήτε ἄλλους ἐῶντας, παρ᾽ ὅσον ἡ κύων οὔτε αὐτὴ κριθὰς ἐσθίει καὶ τὸν ἵππον οὐκ ἐᾷ. | ἡ κ. ἐπὶ τῆς φάτνης· παροιμία ἐπὶ τῶν μήτε χρωμένων, μήτ᾽ ἄλλοις μεταδιδόντων. **Id. p. 363** κ. ἐπὶ φάτνης· π. ἐ. τ. μ. χρ. μήτε ἄλλους ἐώντων. |
| **B 469** | **Phot. p. 259** |
| ἡμένη πελειάς· ἐπὶ τῶν ἁπλουστάτων. Κατὰ ἀντεξέτασιν τὴν πρὸς τὰς παλευτρίας, αἳ ἐξιπτάμεναι καὶ ἄλλας [ἀπατῆσαι] [4] προάγονται. Παλεῦσαι γὰρ τὸ ἀπατῆσαί φασιν. | ἡ. π.· παροιμία ἐπὶ τῶν ἁπλουστέρων καὶ ἀκακοήθων ταττομένη, κατ᾽ ἀντεξέτασιν τῶν παλευτριῶν αἳ ἐξιπτάμεναι ἄλλας προσάγουσιν. |

1) Sola ultima in M leguntur II 56 p. 364 ἐπὶ τῶν ἀποδύντων μέν ἐστι πρᾶγμα, στρατευομένων (cf. P) δέ. Φασὶν αὐτὴν κτλ. Quae intellegi non possunt. Scribendum videtur ἐπὶ τῶν ἀποδύντων (= ἐπιχειρούντων ὁρμωμένων [P], pro usitatiore illo ἀποδυομένων cf. Aristoph. Acharn. 627 Lysistr. 615 cum scholl.) μὲν ἔς τι (ἐπί τι) πρᾶγμα κτλ. Hoc loco quae plura habent codd. volg. e lexico fluxisse videntur.

2) Sic enim corrigendum videtur consulto Athoo, cf. adn. 1.

3) στραγγευομένων si recte corrigitur, antiquissimum habes vitium.

4) Locus turbatus videtur glossemate inculcato.

| B 470 (Hes.) | |
| --- | --- |
| Ἡρακλέους θυσίαι. | Deesse videtur apud Photium. |

| B 471 = P IV 22 | Phot. p. 266 |
| --- | --- |
| Ἡρακλεία λίθος· ταύτην ἔνιοι τὴν μαγνῆτιν λέγουσι τὴν ἐπισπωμένην τὸν σίδηρον· οἱ δὲ ἑτέραν ὁμοίαν ἀργύρῳ, ἀπὸ Ἡρακλείας πόλεως κληθεῖσαν ἐν Λυδίᾳ. | Ἡρακλείαν λίθον· τινὲς τὴν μαγνῆτιν ἀπέδοσαν διὰ τὴν Ἡρακλείαν τῆς Μαγνησίας· ἔνιοι δὲ ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον Ἡρακλεῶτις, ἡ δὲ Μαγνῆτις ὁμοία ἐστὶν ἀργύρῳ κτλ. |

| B 472 | Phot. p. 269 (Hes.) |
| --- | --- |
| ἦσάν ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι· ἀπὸ χρησμοῦ γέγονεν αὕτη. Λέγεται δὲ ἀπὸ (scr. ἐπὶ) τῶν ἀπὸ εὐδοξίας πεσόντων. | ἦ. π. ἦ. ἄ. Μ.· παροιμία ἀπὸ χρησμοῦ ἐπὶ τῶν προγεγονότων(?) |

Itaque huius ordinis proverbia praeter unum *omnia Photius habet eaque eodem ordine decurrentia.* Reliqua ab ῆ incipientia fere 15 Photius non exhibet, immo ne unum quidem proverbium recepit praeter ea quae diasceuasta Zenobianus transcripsit. Eadem observabis sub θ. Primum quidem (491) apud Photium desideratur alterumque θᾶττον ἢ Βούτης non satis apte congruit cum Photiano p. 274, sed ex Zenobio III 31 = P IV 28 depromptum videtur. In ceteris autem omnibus mirum invenies consensum:

| B 493 | Phot. I p. 279 N. |
| --- | --- |
| Θετταλικὰ πτερά· ἀπὸ τοῦ τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας ἔχειν πτερύγια εἴρηται· ἐοίκασι γὰρ πτέρυξιν αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι. | Θ. πτ.· τοῦτο εἴρηται διὰ τὸ πτέρυγας ἔχειν τὰς Θετταλικὰς χλαμύδας· πτέρυγες δὲ καλοῦνται αἱ ἑκατέρωθεν γωνίαι διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξιν.[1]) |

| B 494 = p. IV 29 | Phot. ib. |
| --- | --- |
| Θετταλῶν σόφισμα· ⟨παροιμία ἐπὶ τῶν σοφιζομένων λεγομένη, διὰ τὸ * * τῷ Θετταλῷ λόγιον ἐκπεσεῖν⟩ φυλάττεσθαι μὴ ἕλωσιν αὐτὸν οἱ ἐξ ἐναντίας εὐχῇ μείζονι καὶ λαμπροτέρᾳ κατ' αὐτοῦ χρησάμενοι. Νοήσας οὖν τὸ λόγιον ...⟨ἑκατόμβην ἀνδρῶν ηὔξατο | Θ. σ.· καὶ ἐπὶ μάχης . . . καὶ ἐπὶ παρακρούσεως . . . τάσσουσιν· . . . Αἰάτῳ γὰρ κατιόντι ὁ θεὸς ἔφη φυλάξασθαι μὴ λάθωσιν αὐτὸν οἱ ἐξ ἐναντίας εὐχῇ μείζονι καὶ λαμπροτέρᾳ κατ' αὐτοῦ χρησάμενοι· ὁ δὲ ἑκατόμβην ἀνδρῶν εὔξατο θύσειν τῷ Ἀπόλ- |

1) *Pausaniae* videntur: cf. fr. 224 p. 82 Rindfl.

| | |
|---|---|
| θυϲίαν Ἀπόλλωνι Καταιβαϲίῳ ... καὶ διαταξάμενοϲ ἐφ' ἃ ὥρμηϲε τὸ περὶ τὴν θυϲίαν ... οὔτε ἱεροπρεπὲϲ εἶναι νομίϲαϲ οὔτε ἄλλωϲ εὐϲεβὲϲ ὑπερέθετο κτλ.[1]) | λωνι· κατορθώϲαϲ δὲ ἃ ἐβούλετο τὴν θυϲίαν διὰ τὸ μὴ ἱεροπρεπῆ εἶναι ⟨ἀεὶ⟩ ἀνεβάλλετο. |
| **B 495 = P IV 30**<br>θεῶν ἀγορά· ⟨παροιμία ἐπὶ τῶν τολμώντων τι λέγειν ἐπὶ τοῖϲ τοϲοῦτον ὑπερέχουϲιν ὅϲον οἱ θεοὶ τῶν ἀνθρώπων· καὶ τόποϲ Ἀθήνηϲιν ἀπὸ τοῦ ϲυναγερθῆναι προϲαγορευθείϲ⟩.<br>Longe aliter Zenob. M I 82 = B 521. | **Phot. p. 280**<br>θ. ἀ.· ἐπὶ τῶν τολμώντων τι λέγειν ἐν τοῖϲ ὑπερέχουϲι. |
| **B 496**<br>θυμόϲοφοϲ· τοὺϲ ἐκ φύϲεωϲ ὀξυμαθεῖϲ καὶ εὐφυεῖϲ οὕτωϲ ἐκάλουν. | **Phot. p. 285**<br>θ.· εὐμαθήϲ, φύϲει εὐφυήϲ. |
| **B 497**<br>θυννάζοντεϲ· ἀντὶ τοῦ κεντοῦντεϲ· τριόδουϲι γὰρ ἐλάμβανον τοὺϲ θύννουϲ. | θ.· ἀντὶ τοῦ κεντοῦντεϲ· τοὺϲ γὰρ μεγάλουϲ θύννουϲ τριόδοιϲ (?) ἐλάμβανον.[2]) |

Similis doctrinae vestigia in ordinibus eisdem inveniuntur etiam sub ceteris litteris plerisque omnibus comparato Photio, velut

| B | Phot. vol. I. | B | Phot. vol. I |
|---|---|---|---|
| sub ι | | 541 } | 342 |
| 504 | cf. p. 287 | 542 } | |
| 507 | = p. 292 | 544 | 348[5]) |
| 512 | 295 | 553 | = p. 350 |
| | | 554 | 351 |
| sub κ | | 555 } | = p. 352[6]) |
| 531 | = p. 310[3]) | 556 } | |
| 533 | 312 | 557 sq. | — |
| 538 | 337[4]) | 559 | = p. 353 |

1) Item ex *Pausania*: Rindfl. ib. ad fr. 225.
2) Haec non sunt proverbia, sed λέξειϲ.
3) E *Pausania* haustum: cf. Naber ad l, Rindfl. p. 35 ad fr. 27.
4) = *Pausanias* fr. 251 p. 88 R.
5) 545—552 ad partem pertinent quae in nostro Photio desideratur.
6) Post 556 excidit Κίϲϲαμιϲ Κῷοϲ P IV 64 = Phot. p. 352.

| B | Phot. vol. I |
|---|---|
| 560 | 354 |
| 561 | cf. p. 355 sq. |
| 562 | = p. 356 |
| 563 | 364 |
| 564 sq. | — |
| 566, 567 | cf. p. 366 |
| **sub λ** | |
| 587, 592 | = p. 369 |
| 594, 596, (cf. 627 = M) | = p. 381 [1]) |
| 597 | = 382 [2]) |
| 598 | deest, sed cf. p. 382 [3]) |
| 599 | — |
| 600 | cf. p. 385 |
| 601 | = p. 385 |
| 602 | — |
| [603 | = p. 381 |
| 604 | 382] |
| 605, 606 | = p. 388 |
| 607 | — |
| 608 | = p. 389 |
| 609 | 393 |
| 610 | 396 |
| 611 sq. | — |
| 612 | = p. 396 |
| 614, 615, 616 | = p. 397 |
| [623 | p. 380 [4]) |
| 624 | 385] |

| B | Phot. vol. I |
|---|---|
| **sub μ** | |
| 625 | = p. 408 |
| 626 (Zen.?) | 410 |
| 627 (Zen.?) | 418 |
| 628 | cf. p. 420 |
| 629 (Zen.) | cf. p. 413 |
| 630 | = p. 422 |
| 631 | 423 |
| 632 | cf. p. 423 |
| 635 | = p. 432 |
| 636 | 433 |
| 637 | 435 |
| **sub ν** | |
| 678 | = p. 447 |
| 679 | 448 |

| B | Phot. vol. II |
|---|---|
| **sub o** | |
| 699 (Zen.) | = p. 3 |
| 702 | 10 |
| 703 | 11 [5]) |
| 704 710 | cf. p. 17 |
| 705 | cf. p. 18 |
| 706 | = p. 18 |
| 707, 708, 709, 711 | = p. 19 eodem ordine |
| 712 | = p. 21 [6]) |
| 713 (Zen.) | 34 |
| 714 | 35 |

1) Eadem fere ex *Aelio Dionysio* adfert Eustathius p. 741, 15 = fr. 267 p. 91 Rindfl., p. 86 Schwartz (Traiecti ad Rhen. 1872).

2) = *Paus.* fr. 268 p. 92.

3) *Pausaniam*, Photii auctorem, de eo egisse testatur Eustathius p. 917, 47 = fr. 25 Rindfl.

4) Cf. *Paus.* fr. 266 p. 91 Rindfl.

5) B: ὀλέθρου πεῖρατ' ἐφῆπται· ἐπιδέδεται καὶ ἐξῆπται; Phot.: ὀλέθρου . . . ἐξῆπται τὸ ὀλέθρου ὑμῶν πέραϲ, οἳ ἐνδέδεϲθε τῷ ὀλέθρῳ.

6) Quod 'aliunde fluxisse' iam Warnkrossius vidit p. 29.

| B | Phot. vol. II |
| --- | --- |
| 715 } 716 } | = p. 36 [1]) |
| 717 | = p. 42 |
| sub π | |
| 755 } 756 } 757 } | = p. 52 |
| 758 | = p. 57 |
| 759 | 63 |
| 760 | cf. p. 76 |
| 761 | = p. 88 |
| 762 | 97 |
| 763 | = p. 103 |
| 765 | 118 |
| 766 | 121 |
| 767 | 123 |
| sub c | |
| 833 (Zen.) | = p. 146 |
| 834 | 147 |
| 835 sq. | cf. p. 154 sq. |
| 837 | = p. 155 |
| 838 | 165 |
| 840 | 156 |
| 841 | — |
| 842 | = p. 159 |
| 843 | — |
| 844 | cf. p. 182 190 |

| B | Phot. vol. II |
| --- | --- |
| 845 | — |
| 846 | = p. 184 |
| 848 | 190 |
| 849 | 191 |
| 851 | 195 |
| sub τ | |
| 863 | = p. 197 |
| 864 | 201 |
| 865 | 202 [2]) |
| 866 | = p. 208 |
| 868 | 221 |
| 869 | 225 |
| 870 | 234 |
| 871 | 233 |
| sub υ | |
| 918 (920) } 921 } | cf. p. 252 |
| sub φ | |
| 929 | cf. p. 254 |
| 938 | = p. 350 [3]) |
| sub ψ | |
| 952 | = p. 270 |
| sub ω | |
| 957 | = p. 272 [4]) |

1) οὐκ ἐπιγλωττήcομαι· οὐ βλαcφημήcω *glossa* totis eisdem verbis legitur apud utrumque.

2) Photius: ταχυβάμοναc ὅρκουc· Ἀρίcταρχοc κατ' ἀντίφραcιν ἀκούει, ἀντὶ τοῦ βραδεῖc· βέλτιον δὲ τοὺc ἐν ἔρωτί τινι γινομένουc νοεῖν κτλ., unde inepte B: ταχυβάμοναc . . . ἀκούει τοὺc βραδεῖc· βέλτιον δὲ τοὺc ἐν ἑτέρῳ τινὶ γενομένουc νοεῖν.

3) B 938: Φαέθοντα τόκον· ἐπιφανῆ καὶ καταπληκτικὸν τὴν προcόψιν: eadem totidem verbis Photius in *glossis* Homericis a Nabero in calcem libri relegatis. Spectat ad Od. ψ 246, unde correxerunt Φαέθοντα· ἵππον κτλ. Idem vitium in Hesychio.

4) Quod sequitur ὦ Λακιάδαι intercidit in nostro Photii exemplari. Ultima pars ad verbum fere consentit cum *Pausania* apud Eustathium p. 1161, 35 = fr. 32 p. 36 Rindfl.

Itaque *omnes illi ordines* et qui eis similes sunt sub litteris in nostro Photii exemplari omissis vel mutilatis[1]) *e lexico fluxerunt*, cuius in originem et pretium altius inquirere alienum est a proposito nostro[2]).

§ 3. **Archetypi proverbia in M L omissa.** Iam igitur certa ratione Athoi supplementa repetere possumus e codicibus volgatis. Sola quidem eruditionis copia testiumque communione *Zenobiana* dignosci non concedemus Iungblutio p. 12. Nam hac ex parte quae e lexico repetiit diasceuasta non dissimilia sunt Zenobianis. Neque recte quae in ordinibus interpolatis leguntur Photianis simillima 706 ὄνος ἄγει μυστήρια, 935 Φοινίκων συνθῆκαι Iungblutius ad Zenobium rettulit p. 12. Alia dubia et nunc sunt et semper manebunt, velut B 41 P II 45 ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἐπιδέχεται (Ibycus citatur et paroemiographus incertus)[3]); B 207 ἀκρὸν λάβε καὶ μέσον ἕξεις (Alexan-

1) Hoc et veri est simile per se et eo comprobatur, quod haud pauca proverbia ad particulas Photii deperditas pertinentia ad eosdem quibus ille usus est auctores revocare licet: cf. 28 = Paus. fr. 25 Rindfl.; (47 [cum 48 e lexico repetitum?] = fr. 41); 52 = fr. 52; 60 = fr. 78; 61 = fr. 83; 390 = fr. 168 (fere ad verbum, nisi quod παραδόξως Eustath. p. 897, 57, παρὰ δόξαν B) 957 = fr. 32 (cf. p. 122[4]).

2) Eodem etiam alia quaedam referenda cum Athois permixta, velut 28 sq. (cf. Paus. fr. 25 p. 34 Rindfl.), 697 sq. (cf. Ael. Dionys. fr. 40 p. 39 Rindfl.; 698 glossa est ἀντὶ τοῦ . . . formula explicata).

3) Verba haec sunt: ἀ. πρ. οὐκ ἐ. οὔτε φιλία· ὁ Μύλων (Μίλων B) ὁ παροιμιόγραφος Ἰβύκειον (fr. 40 Bgk.) τὴν παροιμίαν ταύτην φησὶν κτλ. Bergkius lyrr. p. 107 coniecit ὁ Δήμων, sed talia a Demone aliena. Locus qualis apud Bergkium legitur sensu cassus est: certe cum Hartungio 'gr. Liederdichter' p. 197 scribendum erat φίλια (a φίλιον). Sed nescio an paroemiographi nomen — tale ni fallor, quale commune fuerit paroemiographo cum aliis hominibus nobilibus, ut Aristides — omissum sit ut V 85 atque in ΟΜΙΛΩΝ litteris lemmatis exitus lateat, velut οὔτε φιλίαν ὅμιλος (= proelii turba?) vel οὔτε φιλεῖ ⟨τ⟩ὸ μέλλειν — quae vox fere sollemnis est in hac sententia, cf. trag. inc. Macar. I 16 ἀγὼν γὰρ οὐ μέλλοντος ἀθλητοῦ μένει ‖ ἀλκήν (quo de rectius quam Leutschius vol. II p. 136 iudicavit Kockius fr. com. I p. 479 extr.), Eurip. Heracl. 722 . . . ὡς ἐγγὺς ἀγὼν καὶ μάλιστ' Ἄρης στυγεῖ (= οὔτε φιλεῖ) μέλλοντας, cantilena popularis Iulian. Caesarr. p. 318 = lyrr. Gr. III[4]. p. 659, 14 Bgk. ἄρχει μὲν ἀγὼν . . . καιρὸς δὲ καλεῖ ‖ μηκέτι μέλλειν. Ceterum quod nomini appositum erat ὁ παροιμιόγραφος a Zenobio nusquam usitatum, indicium mihi est cur haec ab eo aliena esse putem.

drides ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δέλφοις ἀναθημάτων), B 267 P IV 80 γραῦς Σέριφος[1]) (Apollodorus), B 537 κερκωπίζειν (Xenagoras Chrysippus: Iungbl. p. 12); B 672 sq. Μέτωνος ἐνιαυτός, μυὸς ὄλεθρος (Philemon).

Contra *si locus bona doctrina insignis invenitur inter lemmata e prioribus tribus Athoi conlectionibus repetita inculcatus vel eis vicinus, magna plerumque probabilitate Zenobio vindicatur,*[2]) praecipue cum in copiis Photianis similia non inveniuntur. Huius generis est αὐτοὶ χελώνας ἔσθεθ' οἵπερ εἵλετε P II 29 D I 36, nam inde a P II 10 B 142 (= M II 19) ad P II 32 B 156 (= M III 170) pleraque omnia in Zenobio Athoo leguntur; item σκύτη βλέπει P VI 2 post B 857 cum versu Eupolidis inter M II 32 52 57 83 III 45 et I 13 II 66; Δελφὸς ἀνὴρ κτλ. (cf. scholl. Aristoph. Equitt. 534 p. 53 Duebn.) B 337 D IV 26 inter M II 80 I 14 III 94 et M I 57 III 106 II 64; κύκνειον ᾆσμα (cf. Athen. XIV p. 611 B) B 516 D V 32 inter M III 128 156 et M I 1 22 44 etc. (?); κακὰ μὲν θρίπες (cf. M III 140 ὁ σκνὶψ ἐν χώρᾳ) B 576 et κήρινος θάνατος ib. 577 cum excerpto historico inter M II 4 8 etc. III 7 13 et M II 1; B 647 Μάϊς καὶ Θίμβις (Menander comicus) post M II 5 25 34 79 89 III 19 62 I 56 86 et ab M III 113 incerto uno

---

1) Nam tota illa series 263—270 e lexico videtur interpolata. Ceterum notatu digna haec sunt: Ἀπολλόδωρός φησιν, ὅτι ἔστι τις παροιμιώδης λεγομένη Σεριφία γραῦς, ἡ ἐν παρθενίᾳ γεγηρακυῖα. Haec e prima nominis notione (= στέριφος sterilis), qua etiam comici lusisse videntur (Cratin. p. 75 K. fr. 217 p. 79 Aristoph. fr. 705 ex Phot.: Σέριφον· τὴν Λακεδαίμονα, διὰ τὸ σκληρῶς ζῆν: p. 564 K.), apte explicari possunt (cf. nostra p. 55 [1]). Sed fragmine diversi generis Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἀκρίδος κτλ., inserto (quo de cf. proverbium ἀρουραία μάντις B 202 app. pr. I 40) Zenobius pergit: Λέγουσι δὲ ὅτι εἴ τινι ἐμβλέψειε ζώῳ, κακόν τι ἐκείνῳ γίνεται. Haec vix spectant ad ἀρουραίαν ἀκρίδα (quamquam averruncandi causa eas adhibitas esse probe scio), immo Apollodori mythographi videntur esse: atque si Seriphum insulam Persei fabula nobilitatam fuisse consideraveris, sub hac '*anu* Seriphia' Gorgo vel quae cum illa coniunctissima est *Graeam* latere concedes. Itaque ipsa insula Seriphus (= orcus: H. D. Müller 'Ares' p. 98 sq., Voigt, 'Leipz. Stud.' IV p. 283) monstrorum illorum sedes esse credebatur.

2) In his quaestionibus, ut vidimus, B et D habendi sunt pro fundamento. In Parisino ultima potissimum pars nimis decurtata est et mutilata.

lemmate disiunctum;[1]) B 751 sq. D VII 28 sq. οἶνος καὶ ἀλήθεια (Euander: D, cf. DV III 29), οἴκοθεν ὁ μάρτυς ante M II 91 III 4 et post proverbia conlectionis IV; B 816 P V 68 πόλλ' οἶδ' ἀλώπηξ κτλ. (Ion tragicus) inter M III 166 et II 9.

Hinc potissimum profecti adscitis eis quae de proverbiorum ordine in capite II exposuimus, etiam *de loco quo interciderint lemmata* interdum coniecturam facere possumus admodum ut mihi videtur probabilem. Exemplis rem comprobabo. Αὐτοὶ χελώνας ἔσθεθ' κτλ. P II 29, quod a Clearcho tractatum esse conliges ex ampla eius de testudinum esu disputatione servata ab Athenaeo VIII p. 337 B,[2]) ad excerpta *Clearchea* III 92—106 videtur pertinere; legitur enim inter M III 90 Ἀττικὸς πάροικος Durideum et III 161 Ἀσπένδιος κιθαριστὴς Zenonis Myndii. Ad excerpta ex *comicis Atticis* M III 120 sqq. probabiliter referes σκύτη βλέπει P VI 2, quod legitur post M III 45 συρβηνὸς χορός, item Δελφὸς ἀνὴρ κτλ. B 337 (post M III 94 Διὸς ἐγκέφαλος); de Σινωπίσαι B 840 post M III 125 σῦκον αἰτεῖς conlocato Photii consensus dubitationes movet. Fragmento *Demoniano* M II 1 sqq. addenda sunt B 577 κήρινος θάνατος cum narratiuncula ex Crotoniatarum (cf. M II 34 36) rebus repetita — nam insequitur M II 1 Κολοφωνία ὕβρις et τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκες —, denique, ut videtur, P V 15 B 637 Μυσῶν λεία[3]) fr. 19 Muell. p. 25 Sieb. (Harpocr. s. v.), sequuntur enim M II 5 μᾶλλον ὁ Φρύξ, 23 μία Μύκονος, 25 μὴ κίνει καμάριναν κτλ.: cf. app. I p. 149.

Eadem ratione etiam quartae conlectioni *Plutarcheae*, quae in L ut Zenobianae quasi decimata exhibetur, partem saltem copiarum suppressarum restituere possumus. Ad priorem eius partem (IV 1—18) *mythologica* potissimum continentem et historica referenda sunt Ἀτρέως ὄμματα B 157 P II 34 (antecedunt III 71 73 78 165 172 ἀφύας πῦρ sequitur IV 26

1) Nota paroemiaci numeros in verbis διὸ καὶ ἐπιφωνεῖται· εἷς Μάϊς ἐν Φρυγίᾳ. De nominibus cf. Lagard. 'ges. Abh.' p. 287, Volkmann. ad Plut. de mus. p. 85. Ceterum hic locus sitne e lexico repetitus facile ambiges.

2) De re cf. quae infra app. II A composuimus de M II 56 ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν disputantes.

3) Nam quamquam legitur in fine ordinis e lexico repetiti ipsa tamen explicatio a Photiana nimis discordans aliunde repetita videtur.

"Αννας κρίβανος); βάλλειν μήλοις B 246 cum fabula Hippomenis et Atalantae (antecedit Βάβυος χορός IV 2); κάθαμμα λύεις B 530, ubi Alexander Magnus in scaenam prodit, ut IV 4 τὰ ἐκ παλαιᾶς (antecedit Κοπᾶς Μάξιμος IV 18); ὄνῳ τις ἔλεγε μῦθον B 749 P V 42 (antecedit B 748· ὁ ἄπληστος πίθος IV 7, sequitur B 750 οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος IV 11 cum argumento ut B 749 ad fabulam spectante). Ad alteram partem proverbia vere *Aegyptiaca* continentem pertinent Νάηρα καὶ Χαρμιόνη B 379[1]) P V 24 a rebus Cleopatrae repetitum; εὔνους ὁ σφάκτης B 380 P III 94, quod ad Ptolemaeum Philopatora refertur,[2]) fortasse etiam quod subsequitur B 381 εἴποις τὰ τρία κτλ. (antecedunt in B proverbia ex conlectione III et 378 ἐν παντὶ μύθῳ καὶ τό Δαιδάλου μύσος conl. IV 9); Κασιωτικὸν ἅμμα B 527 D V 44, ubi B ἀπὸ τῶν ἐν Πηλουσίῳ (Aegyptio) Κασιωτῶν κτλ. (antecedunt B 522—526 proverbia ex conl. III, 526 κωφότερος κτλ. III 129, sequitur B 528 καθ' ἑαυτοῦ Βελλεροφόντης conl. IV 14[b], Κόπας IV 18); τὸ Πάσητος ἡμιωβόλιον, ubi Suidas s. v. Πάσης (cf. Apost. XVII 6) Apionis *Oasitae*, qui *Alexandriae* artem grammaticam profitebatur,[3]) nomen servavit, ut IV 27 Dionis *Alexandrini* ipse L (antecedit IV 4 8 τὰς ἐν Ἅιδου τριακάδας sequitur IV 20 Τὸ βασιλικὸν βοΐδιον, 27 28).[4])

Quintae *sophistae anonymi* conlectioni, cuius in ML nihil exstat nisi initium, largi illi proverbiorum ordines vindicandi

---

1) Quamquam B 379 Εἰρὰς praebet cum Plutarcho, Zonara, aliis. Duplex in archetypo lectio adnotata videtur fuisse, ut saepius (cf. v. c. "Αμυρις vel Θάμυρις μαίνεται D III 26 etc., sim. P II 67 IV 2, B 751 746): igitur locis diasceuasta qui litterarum ordine proverbia disposuit exscribere satius duxit.

2) Nota προπάτορας vocem quam in his codicibus non invenies nisi conl. IV 22 ἄφωνος Ἱππαρχίων.

3) Hinc terminum statues post quem proverbia Plutarchea composita sint.

4) Mira illa quae de Pasete mago narrantur reperies etiam in fabella a Benfeio 'Orient und Occident' I p. 332 ('arabische Sagen über Aegypten') tractata: cf. Liebrecht 'zur Volkskunde' p. 89; nec casui tribuendum quod et ipsa ad res Aegyptiacas spectat. Comparari possunt etiam quae de Mestra narrantur Ovid. Met. VIII 850 sqq. Tzetz. ad Lycophr. 4393 ex Alexandrino poeta hausta.

sunt in tabula p. 106 sq. A littera denotati. Quae coniectura Macario comparato (vide supra cap. I § 4 p. 40) fortasse poterit firmari: sed nunc quidem opusculo eius nondum satis diligenter excusso discriptoque uti nolui isto argumento.

Invios hercle locos vastosque permensi nec tamen raro laetioris doctrinae copiis recreati tandem aliquando ad finem pervenimus. Quamquam plurima sane etiam nunc restant de quibus dubitare possis, cum praesertim volgatae illae recensiones, maxime Bodleiana, singulae ex aliis quoque fontibus ditatae videantur.[1]) Verum satis habeo viam fere rationemque indicasse qua progrediendum sit. Omnia cum pulvisculo exhaurire tum demum tempus erit, ubi et recensio Athoa integra edetur et codicibus Italis potissimum et Anglicis denuo conlatis volgatae archetypon restituetur.

---

1) Recentissimae videntur interpolationes (e lexicis oriundae) B 633 764 681 sq. (D. VI 89?) 850 proverbiorum et ipsorum interpolatorum ordinibus adversantes (cf. p. 108[1]) vel certe ab eis alienae, nec in P(D?) comparentes: cf. Hesych. Suid.

## Summarium.

Reliquum est ut summam eorum quae eruimus paucis comprehendamus.

Zenobius igitur copiis Didymeis cum excerptis ex Lucillo coniunctis tres condidit libros proverbiorum, singula continua ut videtur disputatione coniungens disponensque secundum rationes ex ipsa re petitas. Cum libris Zenobianis recentiore aetate — certe post alterum a Christo nato saeculum — coniuncta sunt proverbia *Plutarchi* quae ferebantur (conl. IV), atque omnium recentissima *conlectio V* rhetorum et sophistarum[1]) usui inserviens *accuratoque litterarum ordine disposita.*[2]) Praeterea aut ab eo, qui hoc quasi *corpus paroemiographorum* constituit aut a librario aliquo vel diasceuasta, proverbia Zenobiana et Plutarchea amputata sunt et decurtata, amplioribus disputationibus privata, in singula lemmata numeris praescriptis digesta, cum quinta conlectio ipsa pristina forma recentiorum studiis quam maxime adaptata servaretur ab hac contumelia. *Ex tali archetypo omnes quos habemus codices pendent*, ne uno quidem excepto.[3])

---

1) Qui quantopere proverbiorum studio indulserint exposuit Bernhardyus hist. litt. Gr. I⁴ p. 641 vix recte Zenobii opus huc referens.

2) Tria illa opera ita composita videntur, ut temporum quibus vixerint auctores ratio haberetur. Nam si non Zenobius, certe auctores eius inscriptione epitomes praedicati antiquiores erant Plutarcho; tertiam conlectionem post Lucianum confectam esse supra p. 109 demonstrare conati sumus.

3) Nam in codd. P B D eadem quae in M L inveniuntur lemmata corruptissima, eaedem lacunae interpolationesque, cf. cap. II § 2 3. Praeterea in eis proverbia ipsis disputationibus in M L inserta (cf. M I 73 77 II 37 ἐμβάλλεται εἰς κύλλην) solent omitti.


Zenobius *volgatus* ita conflatus est, ut proverbia Zenobiana in singulas litteras neglegenter digererentur, Plutarchea (= conl. IV) simili ordine adicerentur, utraque cum conlectione V amplissima coniungerentur atque praeterea sub singulis fere litteris proverbiorum ordines e lexico deprompti insererentur. Tres eius sunt recensiones plurimis libris propagatae: *Parisina* Zenobii nomine insignis, *Bodleiana* anonyma, *Diogenianea* falso nomine inscripta. Una quaeque varios casus perpessa est et propria sibi habet vitia virtutesque. Parisina enarrationum ubertate excellit, Bodleiana lemmatum ordine copiaque, Diogenianea — ceteroqui corruptissima atque ex alio iterum lexico, fortasse Diogeniani, adulterata — conlectionis V proverbiorum cognatorum gregibus servatis.

Corpus autem illud quinque conlectionum forma pristina perpaucis exemplaribus — *Athoo Laurentiano Parisino (?) Erasmi* — in Byzantini cuiusdam grammatici excerptis usque ad nostram aetatem mansit. Verum singula in formam multo etiam breviorem redacta leguntur et exiliorem quam in recensione volgata, atque desiderantur omnino alterius conlectionis initium, quintae inde ab $\overline{\alpha\nu}$ pars longe maior, pro qua lemmata ex scholiis et lexico repetita temere sunt supposita.

Talis codicis Laurentiano simillimi copias exeunte medio aevo vir doctus ignotus cum proverbiis Suidae partim ex eodem fonte haustis atque cum Parisinis volgatae recensionis aliisque noviciis coniunxit et cum cura ita disposuit, ut binae ubique priores litterae respicerentur: unde *codices S et Ald.* profecti sunt, in quos per tres rivulos eadem illa proverbia fluxerunt.

---

Haec conlectionis Zenobianae fata casusque quo facilius pernoscas, en tibi hoc stemma:[1])




Operis Zenobiani pristina forma ita est restituenda, ut pro fundamento habeatur *recensio Athoa.* Ei subicienda *ex-*

1) Recensionis volgatae (*b) singulas classes accuratius describere nondum tempus erat.

*cerpta ex codicibus volgatis*, quorum archetypon quantum fieri potest et ipsum reficiatur necesse est. Praeterea quaecunque probabili coniectura Didymo (et Tarrhaeo) vindicare possumus ab Athenaeo potissimum, Harpocratione, Photio, Suida, in lexicis Bekkeri, scholiis Homericis Pindaricis Aristophaneis[1]) et apud grammaticos Latinos, Donatum in primis et Festum[2]), servata omnibus verbis exscripta sub margine adponenda sunt, ut non modo epitomes Zenobianae, sed ipsius etiam operis Didymei, quod totum in illa latere videtur, quasi imago quaedam effingatur. Cavendum autem est, ne interpolatoris magis quam editoris munere functi aliam recensionem ex alia supplere et corrigere conemur nisi in levissimis apertisque librariorum erroribus: qua in re multa peccaverunt editores Gottingenses. Immo singulae seorsim eadem fere qua in Suetonianis Reifferscheidius vel Dielesius in doxographis usus est ratione integrae sunt componendae.

Easdem fere leges in duobus istis operibus a Zenobio alienis restituendis sequi debemus. Ita *antiquum illud paroemiographorum corpus* recuperabimus, ex quo Byzantini fere toti videntur pendere.

---

1) Scholia Aristophanea recentiora quaedam e volgato Zenobio recensionis Parisinae ex Apollodoro interpolatae videntur hausta esse: cf. Surber 'Die Meleagersage' p. 26, Warnkross. p. 27[49].

2) Romanorum studia paroemiographica a Didymo excitata esse per se probabile est neque causa erat cur Warnkrossius p. 2[3] tanta cautione hanc Kiesslingii suspicionem referret. *Sinnii* copiae quae apud Festum inveniuntur ex parte simillimae sunt Didymeis: cf. vv. Colophon p. 37 = Zenob. M II 1, Cerrones p. 40 Gerrae p. 94 = M III 116, Cyprio bovi p. 59 = M II 82, manum et mentum p. 149 (cf. Serv. ad Verg. ecl. VI 72) = M II 96, βλίτυρι et σκινδαψός p. 366 = B 237 (lex.). *Donatus* ad Terent. Eun. III 1 36 (426) ad verbum fere concinit cum B 319 = conl. V (cf. Ribbeck. com. fr. p. XLVII, Liv. fr. 7 p. 4). Peculiare de proverbiis Latinis opus condidisse traditur unus *Apuleius*, cf. Charis. p. 240 K.: 'ut apud Apuleium Platonicum (?) de proverbiis scriptum est libro II' (quod fugit Warnkrossium p. 2[3]); de Sinnio certi nihil scimus.

## Appendix.

### I.

### Excerpta ex Demone περὶ παροιμιῶν[1]) ad p. 77.

M II 1. Τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν· B 899 V IV 11 K IV 70 Suid.: δώδεκα πόλεις τῆς Ἰωνίας συνῄεσαν εἰς τὸ Πανιώνιον λεγόμενον περὶ τῶν κοινῶν βουλευσόμεναι· καὶ εἴποτε ἴσαι αἱ ψῆφοι ἐγένοντο, οἱ Κολοφώνιοι (K S., om. cet.) περιττὴν ἐτίθεσαν τὴν νικῶσαν. Σμυρναίους γὰρ ἐλθόντας εἶχον συνοίκους, ὑπὲρ ὧν καὶ τὴν ψῆφον ἐτίθεντο. ὅθεν ἐπὶ τῆς κρατούσης καὶ βεβαίας (K S., βεβαιούσης cet.) εἴρηται ψήφου.

Eadem fere ad verbum scholl. Plat. Theaet. p. 359 Bkk. 238 sq. Herm., sed forma hic illic meliore.

M II 2 Οὐδ' ἐντὸς ἰωροῦ (οὐδὲν τοῖς ἰ. M)· B 718 V III 25: οὕτω τὰς φυλακὰς ἐκάλουν Ἀθηναῖοι· καὶ ὁ νόμος ὁ παρ' αὐτοῖς ἐκτὸς ἰωροῦ ἐκέλευσεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους· τουτέστι τῶν τόπων (τοῦ τόπου Schott.) ἐν ᾧ τὰ φυλακτήρια ἦν. ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀπειλούντων καὶ σοβαρευομένων ἡ παροιμία.

M II 3 Λοκροὶ τὰς συνθήκας· P V 4 (B 618): παρὰ Λοκροῖς τοῖς Ἐπιζεφυρίοις, ὥς φασιν, ἐγένετο Ζάλευκος νομοθέτης· ὃς νόμον ἔθηκε, συγγραφὴν ἐπὶ τῶν δανεισμάτων μὴ γίνεσθαι. Ὅθεν πολλῶν ἀρνουμένων τὰ συναλλάγματα, ἐπὶ τῶν ψευδομένων ἡ παροιμία ἐκράτησεν.

M II 4 Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν (corr. ποιοῦσ') ἀτέλειαν· P IV 76: Πεισίστρατος, ὥς φασιν, ὁ τύραννος δεκάτην τῶν

---

1) Prov. M II 1—16 in Athoo ipso omissa ex volgatis codicibus suppleri necesse erat. Scripturas librorum potiores tantum exhibuimus. Quae Demonis nomine ornantur aut in Zenobio aut in aliis fontibus asterisco sunt notata (II 6 7 12 16 22 56 95, I 2 34 45 66 67 78 81).

γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους. παριὼν δέ ποτε καὶ ἰδὼν πρεσβύτην πέτρας ἐργαζόμενον καὶ τόπους λιθώδεις, ἤρετο τὸν πρεσβύτην, τίνας ἐκ τῶν τόπων κομίζοιτο τοὺς καρπούς· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· 'ὀδύνας καὶ σφακέλους, καὶ τούτων δεκάτην Πεισίστρατος φέρει.' θαυμάσας δὲ ὁ Πεισίστρατος τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ τῆς δεκάτης ἀτέλειαν ἔδωκε· καὶ ἐκ τούτου οἱ Ἀθηναῖοι τῇ παροιμίᾳ ἐχρήσαντο.

Cf. Suid. s. v. σφακελισμός, qui initium leniter inflexit, cetera (inde a δεκάτην τῶν γεωργ.) ad verbum servavit.

M II 5 Μᾶλλον ὁ Φρύξ· P V 16: συναγαγὼν ὁ Κροῖσος, ὥς φασι, τοὺς ⟨ἑπτὰ⟩ σοφούς, ἠρώτα, τίνα εἰδεῖεν εὐδαιμονέστατον. ἄλλου δὲ ἄλλον λέγοντος Αἴσωπος ὁ Φρὺξ ὁ μυθοποιός, τοσοῦτον ἔφη τὸν Κροῖσον τῶν ἄλλων ὅσον καὶ τὴν θάλατταν τῶν ποταμῶν προέχειν. ἀκούσας δὲ ὁ Κροῖσος, εἶπε· 'μᾶλλον ὁ Φρύξ.'

Verba ἄλλου . . . προέχειν misere decurtata. Melius initium si exceperis Phot. Suid. (= lex. rhet. = Didym.?) = Apost. XI 3: οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐρωτώμενοι ὑπὸ Κροίσου, τίς τῶν ὄντων εὐδαιμονέστατος, οἱ μὲν ἀπεκρίναντο, τὰ ἄγρια ζῷα· ὑπὲρ γὰρ τῆς αὐτονομίας ἀποθνήσκει· οἱ δὲ, πελαργούς (— οἱ Phot.)· δίχα γὰρ νόμου τῇ φύσει τὸ δίκαιον ἔχουσι· Σόλων δὲ οὐδένα πρὸ τῆς τελευταίας ἡμέρας. παρεστὼς δὲ Αἴσωπος ὁ Φρὺξ ὁ λογοποιὸς 'τοσοῦτον' εἶπεν 'ὑπερέχεις τῶν ἄλλων ὅσον θάλασσα ποταμῶν'. ἀκούσας δὲ Κροῖσος εἶπε 'μᾶλλον ὁ Φρύξ'.

* M II 6 Εὐγενέστερος Κόδρου· P IV 3: ὁ Κόδρος Μελάνθου υἱὸς ἦν· Μέλανθος δὲ ἕκτος ἀπὸ Νηλέως, οὗ καὶ Νέστωρ. οὗτος ἐκπεσὼν τῆς Μεσσήνης ἦλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ μονομαχήσας πρὸς Ξάνθον τὸν Βοιωτόν, βασιλεύοντα τῶν † Ἀθηναίων, νικήσας ἐβασίλευσε τῶν Ἀθηναίων καὶ Κόδρῳ τῷ υἱῷ τελευτήσας τὴν βασιλείαν κατέλιπεν. ὁ δὲ Κόδρος οὗτος ἐν τῷ πρὸς Δωριέας πολέμῳ ἑκὼν ὑπὲρ τῆς χώρας ἀποθνήσκει· προείρητο γὰρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τοῖς Ἀθηναίοις νικήσειν, εἴγε τελευτήσειεν ὑπὸ τῶν Δωριέων ὁ βασιλεὺς αὐτῶν. ἀποθανὼν δὲ ἐγκατέλιπε παῖδας δύο Μέντορα (Μέδοντα? cf. Phot. Suid. schol. Plat. p. 377) καὶ Νηλέα.[1]) ὁ μὲν οὖν Μέντωρ ἀντ' αὐτοῦ ἐβασίλευσεν· ὁ δὲ Νηλεὺς ἡγεμὼν τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν ἀποικίας ἐγένετο.

Inepta βασιλεύοντα τῶν Ἀθηναίων verba, quae editores aut

1) Cf. Duncker hist. ant. V 183 458, Clinton fast. Hell. I p. 112.

corrigere debebant aut cruce notare: nempe Atheniensium rex tunc temporis non erat Xanthus, sed Thymoetas; Xanthus autem, rex Thebanorum, Boeotorum dux, Athenas oppugnabat: cf. scholl. Plat. conv. p. 376 Bkk., Duncker hist. V 174 222 sq. Unde lenissisima coniectura pro Ἀθηναίων restitues Θηβαίων.[1]) Ceterum in narratione persimili ipsius Demonis nomen servavit Photius I p. 222 N s. v. εὐγενέστερος Κόδρου· τοῦ υἱοῦ Μελάνθου τοῦ Μεσσηνίου, πατρὸς δὲ Μέδοντος καὶ Νηλέως· οὗτος ὁ Κόδρος Δωριέων ἐπιστρατευσάντων Ἀθηναίοις, ἐπεὶ τοὺς ἐκ Πελοποννήσου φυγάδας ἐδέξατο, ἐν οἷς καὶ Μέλανθον· χρησμοῦ δ' αὐτοῖς δοθέντος, αἱρήσειν τὴν πόλιν, ἐὰν ἀπόσχωνται τοῦ τῶν πολεμίων βασιλέως· νοήσας τὸν χρησμὸν ἀναλαβὼν ὑλοτόμου ἐσθῆτα καὶ ἐντυχὼν τοῖς φύλαξι τῶν Δωριέων, ἕνα ἐξ αὐτῶν ἀνεῖλε· διοργισθέντες (δι' ὃ ὀργισθέντες Naber) οἱ λοιποὶ συλλαβόντες αὐτὸν ἀνεῖλον· ὥς Δήμων.

Cum Photio concinit Suidas, nisi quod pro ἐδέξατο melius praebet προσεδέξαντο atque aperto errore in fine Εὔδημος. Unde non recte exorsus nec sine levi errore[2]) Photii testimonium in suspicionem vocavit Siebelis p. 26, quem ut solet non satis caute secutus est Mueller Demon. fr. 21 FHG I p. 383.

*M II 7 Οἱ Κρῆτες τὴν θυσίαν· P V 50: Ἀγαμέμνων, ὥς φασι, χειμασθεὶς κατηνέχθη εἰς Κρήτην καὶ ἀναβὰς εἰς τὸ Πολυῤῥήνιον θυσίαν ἐπετέλει. Ἐν τούτῳ δὲ οἱ αἰχμάλωτοι τὰς ναῦς ἐνέπρησαν. οὗ ἀπαγγελθέντος αὐτῷ μεσούσης τῆς θυσίας τὸ μὲν καιόμενον ἱερεῖον καταλιπεῖν λέγεται, ἐλθεῖν δὲ πρὸς θάλασσαν ταραχθέντα

---

1) Eadem ratione ὑπὸ Θηβαίων scriptum invenitur pro ὑπὸ Ἀθηναίων P II 21 atque sollemnis omnino hic error, cf. Vales. ad Harp. p. 98, Frommel. ad scholl. Aristid. p. 36, Unger Theb. Parad. p. 448 sq., nostra p. 142.

2) Lentzio, qui Demonis nomen apud Suidam restituendum censuit, Muellero adstipulante Siebelis opponit, citari apud eum Eudemum ἐν τῷ περὶ λέξεων ῥητορικῶν atque dubium esse 'an Demo librum π. λ. ῥ. ediderit'. Certe non edidit. Sed apud Suidam in loco exscripto nihil legimus nisi nomen Εὔδημος; deinde οἱ δὲ περὶ Κόδρου φασὶν ὅτι κτλ., quibus verbis novum se adsciscere auctorem Suidas indicare solet; sequitur Codri fabula qualem fere narrat Lycurgus in Leocr. p. 158 (cf. Dunck. hist. V p. 175), cui adiunguntur verba οἱ δὲ ῥήτορες τῷ Κόδρος ἐπὶ τοῦ ἐντίμου ἐχρήσαντο, ὥς φησιν Εὔδημος ἐν τῷ περὶ λέξεων ῥητορικῶν. Itaque *sola altera pars ad Eudemum* primarium Suidae auctorem referatur necesse est, prior ne potest quidem.

καὶ μίαν μόλις εὑρόντα ναῦν, ἐπ' αὐτῆς ἀναχθῆναι πολλὰ καταρασάμενον τοῖς τὴν χώραν οἰκοῦσιν· ὅθεν εἴποτε ταραχώδης θυσία γένοιτο, Κρητικὴν καλεῖσθαι. Cf. geminum illud Macar. I 9: Ἀγαμέμνονος θυσία· ἐπὶ τῶν δυσπειθῶν . . . Δήμων γὰρ ἱστορεῖ ὡς Ἀγαμέμνονος θύοντος ἐν Τροίᾳ ἔφυγεν ὁ βοῦς κτλ.

M II 8 Καύνιος ἔρως· B 569 (D V 71): ἐπὶ τῶν μὴ κατορθουμένων ἐπιθυμιῶν. Καῦνος γὰρ καὶ Βιβλὶς ἀδελφοὶ περὶ τὴν Εὔβοιαν· ἡ τοίνυν Βιβλὶς ἐρασθεῖσα τοῦ ἀδελφοῦ ἐξεῖπεν αὐτῷ τὸν ἔρωτα. φεύγων οὖν ἐκεῖνος τὸ μύσος εἰς Καρίαν ἐστάλη· ἡ δὲ ἀνεῖλεν ἑαυτὴν μὴ φέρουσα τὴν ἐπθυμίαν.

Decurtata et rescripta sicut cetera recensionis Bodleianae omnia; etiam brevius D = Apostol. IX 39. Ceterum Demo fabulae testis est fere veterrimus.

M II 9 ⟨Ἅ⟩πανθ' ὅμοια καὶ Ῥοδῶπις ἡ καλή· B 817 V III 67: ἡ Ῥοδῶπις ἑταίρα ἦν περὶ Ναύκρατιν τῆς Αἰγύπτου, ἧς καὶ Σαπφὼ μνημονεύει καὶ Ἡρόδοτος. Τοὺς οὖν πολὺ ἀπολέσαντας ἀργύριον τὸ ἀδιάφορον (Meinek., διαφέρον codd.) τῆς μίξεως πρὸς τὰς ἄλλας γυναῖκας συνορῶντας ἐπιφωνῆσαι τὸ λεγόμενον.

Eandem narrationem magis etiam contractam Suidas praebet s. v. πάνθ' ὅμοια. Verba τὸ ἀδιάφορον κτλ. melius quam Bernhardyus ad Suid. s. v. explicavit Meinekius Philol. XXV p. 541 ('nihil differre ab aliis'): cf. Suidas ed. Bekker p. 813ᵃ. Aliunde petita sunt quae praebet Suidas s. v. ἅπανθ' ὅμοια . . . ὅτι ταῖς τύχαις ὁμοίως ὑποπεπτώκασιν οἱ ἄνθρωποι: quam sententiam non recte lemmati Vaticano obtrusit Schottus vertens 'omnes manet mors, pulchram item Rhodopidem'.

M II 10 Τὸ Πάρνου σκαφίδιον· B 872 V III 94: ἐπὶ τῶν τὰ μικρὰ πολλάκις ζητούντων. Πάρνος γὰρ κυβερνήτης ἦν, ὃς τὴν σκάφην ἀπολέσας συνεχῶς ἠνώχλει τῷ δήμῳ καὶ τῇ βουλῇ αἰτιώμενος τοὺς τὸ σκαφίον ὑφελομένους.

Enarratio tota est excerptoris; etiam brevius Ps.-Diog. VIII 27 = Apost. XVI 88. De nomine cf. p. 145 adn. 4.

M II 11 Κύρβεις κακῶν· P IV 77: κύρβεις καλοῦνται παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις σανίδες τρίγωνοι, ἐν αἷς τοὺς νόμους ἀνέγραφον καὶ τὰς κατὰ τῶν ἀδικούντων τιμωρίας. ἐπὶ τοίνυν τῶν σφόδρα πονηρευομένων ἡ παροιμία εἴρηται.

* M II 12 Γλαὺξ εἰς Ἀθήνας· P III 6: ἐπὶ τῶν ἀχρήστους ἐμπορίας ἀγόντων, ἐπειδὴ τὸ ζῷον πάνυ ἐπιχωριάζει τοῖς Ἀθηναίοις.

Explicationis Demonianae vix umbram reliquit diasceuasta; cum auctoris nomine tantum non integram servavit schol. (= Didym.) Aristoph. Avv. 301: . . . παροιμία δέ ἐςτιν ἐπὶ τῶν μάτην ἐπιςωρευόντων τινὰ ἐπὶ τοῖς προυπάρχουςιν, οἷον εἴ τις ἐν Αἰγύπτῳ cῖτον ἐπαγάγῃ ἢ ἐν Κιλικίᾳ κρόκον . . . Δήμων δέ φηςιν ὅτι οὐ τοῦ ζῴου μόνον πληθύνοντος ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ ὅτι τοῦ νομίςματος· καὶ ὅτι οὐκ ἐν ἀργύρῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν χαλκῷ χαράςςουςι τὴν γλαῦκα. διὸ τὴν παροιμίαν εἰρῆςθαι * * * (hoc loco olim fuit explicatio). Addit scholiastae auctor (Didymus, quem Demonem redarguere solere vidimus p. 43 sqq.) μήποτε δὲ ἐπὶ τοῦ ζῴου εἰκός ἐςτι λεχθῆναι μόνου.[1])

M II 13 Τὸ Ἱππάρχου τειχίον· B 511 V II 17: οὗτος περὶ τὴν Ἀκαδημίαν περιβαλλόμενος (Leutschius, cod. παραβαλλομένοις) ⟨τεῖχος⟩ τοῖς Ἀθηναίοις τέλος ἐπέθηκεν, καὶ ἐπὶ πολὺ τὴν οἰκοδομίαν αὐτοῦ παρεῖλκε, βουλόμενος πολλὰ ἐκλέγειν τὰ τέλη. ὅθεν ἐπὶ τῶν πολλὰ ἀναλώματα δεχομένων, ἀτελῶν δὲ μενόντων εἴρηται ἡ παροιμία.

Cf. Greg. Cypr. P III 81 et Suid. s. v. (qui brevius ἐπὶ δαπανηρῶν πραγμάτων explicat).

M II 14 Οὐχ ὅτι Κόνωνα Τιρίβαζος ἥρπαςεν. Proverbium solo Athoo est traditum; enarrationem unde reficiamus non invenies. De re cf. Corn. Nep. Conon. cap. V = Dino fr. 27 FHG II p. 94 M.

M II 15 Φρουρεῖν ἢ πλουτεῖν· P VI 32: ἐπὶ τῶν ἀναλιςκόντων ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἡ παροιμία εἴρηται. Ἀθηναῖοι γὰρ φρουραῖς διαλαβόντες τοὺς νηςιώτας μιςθοὺς ἔταξαν μεγάλους τοῖς φυλάττουςιν ὑπ' αὐτῶν χορηγεῖςθαι τῶν νηςιωτῶν.

Suid. s. v. (exciditne Phot. II p. 268 N.?) ἐπὶ τῶν κερδαίνειν ἐφιεμένων· (?) Ἀθηναῖοι γὰρ . . . τῶν νηςιωτῶν ut in Zenobio; deinde rectius: δι' ἀτέλειαν οὖν καὶ τὸ ἀταλαιπώρως ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ζῆν εἰρῆςθαι, ὡς δέον ἢ πλουτεῖν τινὰ ἢ φρουρεῖν: quibus decurtatis et transpositis Parisini explicatio videtur orta esse.

* M II 16 Ἡ Φανίου θύρα· ὁ Φάνιος, ὥς φαςιν, ἐγένετο ὀβολοςτάτης, ἄλλως δὲ τυφλός. ὑπανοίγοντος δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ

---

1) Exscripsit Suidas s. v. εἴ τις ἐν Αἰγύπτῳ cῖτον ἄγοι = cod. C 160. Notandum μήποτε a Didymo saepissime adhibitum: cf. infra p. 153.

τὰ ταμεῖα καὶ τὴν θύραν, ἣν ἐκεῖνος ἰσχυρὰν ἐνόμιζεν εἶναι * * * (ad marg. ex coni.: τὰ νομίσματα συλᾶν· διὰ τοῦτο οὖν) τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι ἐπὶ τῶν μηδὲν ἀνυόντων ἐν τῷ φυλάττειν.

Eadem post v. εἶναι lacuna P IV 24, unde in ambarum classium archetypo eam exstitisse conlegimus. Multo melius Ps.-Diog. Vind. II 84 exitum praebet ita formatum: . . . θύραν, ἣν ἐκεῖνος ἰσχυρὰν ἐνόμιζεν εἶναι, οὕτως ἀπώλλυε τὰ φυλαττόμενα χρήματα· ἐντεῦθεν τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι ἐπὶ τῶν μηδὲν ἀνυόντων ἐν τῷ φυλάττειν, ἀλλ' εἰκῇ καὶ μάτην τὴν θύραν (del. τ. θ.) θαρρούντων: quae aut fluxerunt ex codice ceteris omnibus meliore, aut — quod veri mihi similius videtur esse — feliciore quam in M librarii coniectura sunt suppleta.

Addit cod. M. (in margine et sine numero) atque Ps.-Diog. Vind. II 84 ἄλλοι τὸν Φάνον (D καὶ ἄλλως· Ἡ Φάνου θύρα)· τὸν Φάνον φασὶν ὡς μοιχευομένης αὐτῷ τῆς γυναικός, ἐπειδὴ ᾔσθετο, θύραν ἐργάσασθαι (ἐρείς. M) τοιαύτην, ὡς μὴ ἄνευ ψόφου ἀνοίγεσθαι, τῆς δὲ ἀπὸ τῆς στέγης δεχομένης τὸν μοιχόν, χλευάζοντας τοὺς γείτονας λέγειν, 'ἡ Φανίου (Φάνου D) θύρα' ἐπὶ τῶν μάτην τῇ φυλακῇ πεποιθότων. Quae non aliunde petita esse a diasceuasta[1]), sed in ipsa Didymi conlectione cum prioribus fuisse coniuncta, Photius (= Suidas) demonstrat I p. 270 N. s. v. ἡ Φ. θ.· τὸν Φανίαν φησὶ Δήμων ὀβολοστάτην εἶναι, ἄλλως δὲ τυφλόν· ὑπανοιγομένης δ' αὐτῷ τῆς τοῦ ταμιείου θύρας, κατασκευάσαι τοιαύτην ἣν οὐκ ἄν τις ἤνοιξε μὴ ψόφον ποιήσας· (lacuna?) ἐνίους δὲ λέγειν ὡς μοιχευομένης αὐτῷ τῆς γυναικὸς τὴν αὔλειον θύραν εἰργάσατο ὡς μὴ ἄνευ ψόφου ἀνοίγεσθαι· τῆς δὲ κατὰ τοῦ τέγους δεχομένης τὸν μοιχὸν χλευάζοντας τοὺς γείτονας ἐπὶ τῶν μηδὲν ἀνυόντων ἐν τῷ φυλάττειν, τὴν Φανίου θύραν εἶναι λέγειν. Ceterum nihil obstat, quominus utramque explicationem ex Demone haustam esse credamus Photium secuti, non priorem solam, quod Siebelisii est decretum p. 20 = Mueller fr. 8.

M II 17 Ὁ Κρὴς τὴν θάλατταν (cf. scholl. Aristid. infra exscripta)· ἐπὶ τῶν ἐν οἷς διαφέρουσι ταῦτα φεύγειν προς-

1) Primum igitur omisit librarius, deinde se ipsum corrigens in margine supplevit.

ποιουμένων ἡ παροιμία ἐςτίν· ἐπειδὴ ναυτικώτατοι οἱ Κρῆτες ἐγένοντο. P V 30 add.: μέμνηται ταύτης Ἀλκαῖος.

Diasceuasta haec cum excerperet, sermonis Demoniani ne vestigium quidem reliquit; aliter Photius II p. 10 N. ὁ Κρὴς τὴν θάλαςςαν· ἰδὼν γὰρ αὐτὴν γαληνίζουςαν ἔφη· 'εἰ μὴ ᾔδειν ςε': quae haud scio an Demonis sint a Didymo refutati explicatione Athoa. Non multo sanius insequens cum antecedente olim coniunctum.

M II 18 Ὁ Cικελὸς τὴν θάλαςςαν· [ὁ] Cικελός, ὥς φαςιν, ἔμπορος cῦκα ἄγων[1]) ἐναυάγηςεν· εἶτα ἐπὶ τῆς (τ. om. B 720) πέτρας καθήμενος καὶ ὁρῶν τὴν θάλατταν ἐν γαλήνῃ, ἔφη· 'οἶδα ὃ θέλεις· cῦκα θέλεις.'

Narrationis initium mutilatum esse fabula 'Aesopea'[2]) evincit a Gottingensibus non adhibita 370 et 370ᵇ H. = 164 Fur. (excerpta ab Apostolio XVII 91 s. v. φοινίκων αὖθις ἐπιθυμεῖ): ποιμὴν ἔν τινι τόπῳ παραθαλαςςίῳ ποίμνια νέμων, ὡς ἐθεάςατο τὴν θάλαςςαν γαληνόν τε καὶ πραεῖαν ἐπεθύμηςε πλεῦςαι· διόπερ πωλήςας αὐτοῦ τὰ πρόβατα καὶ φοίνικας ἀγοράςας ναῦν ἐμφορτωςάμενος ἀνήχθη κτλ., quamquam et ipsa satis insulsa est atque ex recentissimis.[3]) Certe ne sic quidem quod insit acumen intellego. Neque intellexisse videtur qui haec excogitavit in C 379 servata: ἢ ὁ Cικελὸς cῦκα τήν θάλαςςαν. ἐπὶ τῶν χαριεντιζομένων πρὸς τοὺς ἀδικήςαντας. cῦκα γὰρ Cικελός τις ἐμπορευόμενος ναυαγήςας ἐξέπεςε καὶ καθήμενος ἐπὶ πέτρας, ὡς εἶδε τὴν θάλαςςαν γαληνιάζουςαν, 'οἶδα' φηςὶν 'ὃ θέλεις, cῦκα θέλεις'. Melius scholl. Aristid. III p. 490 p. 185 Fr. (= Didym.?) ὁ Κρὴς δὴ τὸν πόντον (= M II 17)· παροιμία ἐπὶ τῶν εἰδότων μέν, προςποιουμένων δ' ἀγνοεῖν· ἀντὶ τοῦ νηςιώτης ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν . . . λέγεται δὲ ἡ παροιμία καὶ οὕτως·

---

1) Cf. Archiloch. fr. 52 ἔα Πάρον καὶ cῦκα κεῖνα καὶ θαλάςςιον βίον.

2) Hic apologus ad Siculos spectans dubitaveris an a Philisto tractatus sit in altero Cικελικῶν libro: cf. Theo progymn. p. 66 Sp. μύθου δὲ ὁποῖός ἐςτι . . . παρὰ Φιλίςτῳ τοῦ ἵππου καὶ τῶν † ἐν ἑκατέρῳ (possis τοῦ ἐμπόρου, ut ἐν litterae dittographia sint ortae) ἐν τῇ πρώτῃ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ: quo de loco consule Bergkium lyr. Gr. III⁴ p. 233. Nisi subest Ἑκατερὸς ille Plut. apophth. reg. p. 177 F 10.

3) Nihilominus Gitlbauer, cui ἅπανθ' ὅμοια, ad iambos eam revocavit Babr. 248 p. 137.

ὁ Cικελὸc τὴν θάλατταν. † Cὺ ὅρα[1]) (A; cύραc BD Ox., cῦκα Apost. XIII 6 = Diog. VII 6) γάρ, φαcί, τὶc Cικελὸc ἐμπορευόμενοc καὶ ναυαγήcαc, εἶτα ἐκπεcών, ἐπὶ πέτραc καθήμενοc, ὡc γαληνιῶcαν εἶδε τὴν θάλατταν, οἶδά φηcιν ἃ βούλει, βούλει γὰρ καὶ αὐτόν με λαβοῦcα καταποντίcαι· ἐγὼ δὲ νῆcον οἰκῶν ἐκ παιδὸc οἶδα τὰ cὰ cοφίcματα. Ἀλκμὰν δὲ ὁ λυρικὸc (fr. 115 p. 69 Bgk.[4]) μέμνηται τῆc παροιμίαc: unde antiquitus proverbia 17 18 coniuncta fuisse consequitur. At cῦκα qua ratione in recensionem Zenobianam irrepserit vel quid omnino sibi velit non explicatur. Videtur subesse dicterium: cf. M III 125 L 87 = P V 91 cῦκον αἰτεῖc: <αὕτη λέγεται> ἐπὶ (κατὰ L) τῶν κολακευόντων.[2]) οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἐκολάκευον τοὺc γεωργούc, βουλόμενοι <παρ᾽ αὐτῶν> λαμβάνειν τὰ πρώϊμα cῦκα· <οἰωνίζοντο γὰρ αὐτοῖc καὶ πάλιν ἐλθεῖν εἰc νέωτα>. Lemma ad Aristophanis Vespas v. 302 spectare vidimus p. 87, quem locum scholiasta p. 143 Dbn. explicat τρυφᾶν βούλει, sed bene accipit paroemiographus in ipsa enarratione nimis ineptus ἐπὶ τῶν κολακευόντων secundum ἦθοc versuum 295 sqq., ubi iudicibus senibus pueruli blandiuntur.[3]) Quodsi cῦκον αἰτεῖν hanc accepit notionem[4]), fabulae acumen in eo est positum, quod mercator, cui *blandiebatur* mare insidiosum, re vera *ficos vendebat.* Neque vero illud videtur omittendum in narratiuncula in qua in scenam prodit Siculus vel adeo Syracusanus inlustranda, quod oppido Syracusis vicino Cυκή vel Cυκῆ nomen

---

1) Num subest Cυρακόcιοc, ut Cικελὸc quod insequitur e lemmate sit repetitum? Nisi ὅρα e margine irrepsit: cf. Cobet NL p. 618 VL p. 294.

2) Cf. Hes. cῦκον αἰτεῖν· κολακεύειν. [Cf. Harpocr. s. βωμολόχεύεcθαι·... βωμολόχοι οἱ... μετὰ κολακείαc προcαιτοῦντεc: Ribbeck 'Kolax' p. 15.]

3) Cf. etiam Suid. ἀκόλῳ τὰ χείλη, οὐ cύκῳ βῦcαι; Phot. I p. 339 N. κηρίῳ βῦcαι· αἱ ὑποβαλλόμενοι κηρίον ἐπετίθεcαν τοῖc παιδίοιc ἵνα μὴ βοᾷ: quae simili ratione repetita sunt ex Aristoph. Thesm. 506.

4) Comparare possis etiam cυκάζειν (Hesych.) quod comicis est τὸ κνίζειν ἐρωτικῶc (Meinek. com. Gr. fr. II p. 765 IV p. 628). Alia ratione κόλαξ describitur prov. Coisl. 42 p. 125 Gaisf. app. prov. I 42. ἀφαιρεῖν κροκύδαc· ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων ἕνεκεν κολακείαc· ἢ· οὗτοc ἀφαιρεῖται καὶ κροκύδαc, ἐπὶ τῶν διὰ κολακείαc μέχρι καὶ τῶν cμικροτάτων καταγινομένων αἰτεῖν (?): quod item ex Aristophane est depromptum, cuius versum servaverunt Suid. s. v., Bekk. anecd. p. 468, 19 = fr. 360 Ddf., 657 p. 554 K. [Cf. Ribbeck 'Kolax' p. 54[3] 100.]

erat: cf. Thucyd. VI 98, Steph. Byz. s. v., et vide quae ingeniose coniecit Ahrens dial. Dor. p. 64.[1]) Unde nescio quam aliam ambiguitatem repetitam in laceris illis et turbatis narrationibus latere suspiceris.

M II 19 Ἀττικὸς εἰς λιμένα· ἡ παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν [ἐν τοῖς λιμέσι] τὴν ἀνδρείαν ἐπιδεικνυμένων· οἱ γὰρ Ἀττικοὶ ναῦται ὁπότε καταπλέοιεν οἴκαδε, προθυμότερον ἤλαυνον τοῖς οἰκείοις ἐπιδεικνύμενοι.

Misere contracta et turbata videntur; cf. Ps.-Diog. I 66 = Apost. IV 20, Phot. s. v. ἐς τὸν λιμένα (ubi notanda ὅθεν παροιμία κατὰ τὸ ἐλλιπές· Ἀττικὸς ἐς τὸν λιμένα· λείπει γὰρ ἰσχυρός) = Hesych. s. v. (ubi Aristophanis testimonium Babyl. fr. 85 p. 413 K.), Ps.-Diog. IV 79 = Apost. VI 70 d.

M II 20 Θάσος ἀγαθῶν· [ἐπὶ τῶν εὐδαίμονα καὶ λαμπρὸν ἀποδεῖξαί τινα ἐπαγγελλομένων ἡ παροιμία ἐστί]. Καλλίστρατος γὰρ ὁ ῥήτωρ ἐκπεσὼν Ἀθήνηθεν ἔπεισε τοὺς Ἀθηναίους τὴν ἀντίπεραν γῆν οἰκῆσαι, λέγων ὅτι καὶ χρυσᾶ μέταλλα ἔχει καὶ γῆν ἄφθονον καὶ ὕλην ἀρίστην, καὶ ὅλως Θάσον ἀγαθῶν τὸν τόπον ἐκάλει· ὅθεν ἡ παροιμία ἐκράτησεν <ἐπὶ τῶν εὐδαίμονα καὶ λαμπρὸν ἀποδεῖξαί τινα ἐπαγγελλομένων>.

Cf. P IV 34 B 498. Explicationen ἐπὶ τῶν ... diasceuasta ut solet a fine ad initium transposuit.[2]) Simile illud Δάτος ἀγαθῶν P III 11 = B 321 conlectionis quintae videtur. De Callistrato cf. etiam ὀβολὸν εὗρε Παρνοίτης (= Callistr.) M II 91 B 753 et ipsum Demoni vindicatum p. 145.

M II 21 Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη· Συλοσῶν Σάμιος φίλος ἐγένετο τῷ Δαρείῳ τῷ Περσῶν βασιλεῖ καὶ δι' αὐτοῦ τὴν ἐν Σάμῳ δυναστείαν παρέλαβε τελευτήσαντος Πολυκράτους. ἐπεὶ δὲ πικρῶς καὶ χαλεπῶς ἦρχεν, ἐκλιπόντες τὴν νῆσον οἱ πλείους μετῴκησαν. ὅθεν ἡ παροιμία ἐκράτησεν * * * (deest explicatio).

Cf. P III 90 B 437. De re praeter auctores a Leutschio adscriptos cf. Dunckeri hist. ant. VI p. 530.

* M II 22 Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν· <ὁ> Δήμων φησὶν ἐν τοῖς τραχέσι καὶ δυσβάτοις τόποις τὰς (τοὺς P) ἐλάφους παρατριβούσας (-οντας P) τὰ κέρατα πρὸς τοὺς

---

1) Simile est Ἀχραδινή regionis Syracusanae nomen: cf. ἀχράς.
2) Cf. 8 12 26 28. Idem passim observatur in L.

(τὰς P) θάμνους ἀποβάλλειν αὐτά. ὅθεν ἐπὶ τῶν ἐργώδεις τὰς διατριβὰς ποιουμένων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν.[1])

Cf. P V 52 B 721 = Suid. s. v. Est Demonis fr. 13 M., p. 23 Siebelis. Referendum videtur ad oraculum, ut 23 24 25 (cf. Hendess, 'oracula Graeca' in dissert. phil. Hal. I p. 5 sqq.): Plut. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα p. 403 D (Mueller Aeginet. p. 66). Doctrinam de cervi natura propositam ex Aristotelis hist. anim. IX 6, 1 (34) repetisse videtur Demo, ubi narratur: ἀποβάλλουσι (cervi) δὲ καὶ τὰ κέρατα ἐν τόποις χαλεποῖς καὶ δυσεξευρέτοις, ὅθεν ἡ παροιμία γέγονεν· οὗ αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσιν: vide Aubert. et Wimmer. II p. 220.

